IOS. M. SCHNEIDT,

V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS. PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI.

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze, Urkunden ꝛc. ꝛc.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen Polizey- und Kameralrecht

erläutern ꝛc.

Des ersten Abschnittes sechstes Heft.

Wirzburg,
Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil. Buchhandlung.
1787.

SECTIO I.

OPVSCVLVM XIV.

D. JOANNIS BAPTISTAE ALOYSII
SAMHABER
DISSERTATIO INAUGURALIS
JURIDICA
DE

JURIBUS JUDAEORUM
EX
LEGIBUS INPRIMIS FRANCONICIS.*

LECTORI.

Qui evolvendis ac pertractandis continuo Juribus peregrinis, neglecto patrio, operam navant omnem, ut illis integros annos, quid? quod integra lustra consecrare

Sss 2 *multo*

* Hanc Dissertationem pro gradu Licentiatus ex Vtroque Iure sub meo Praesidio die 9 Martii 1776 publice defendit supra dictus Clar. Author: quem modo vt Collegam veneror, et qui Iuris Naturae ac Gentium, nec non Iuris publici Romano Germanici Professuram publicam et ordinariam in huiate Vniuersitate summo cum applausu ornat.

multo putent satius, consultiusque, quam huic unam alteramue diei horam impendere; ii profecto non absimiles mihi videntur illis, qui linguas peregrinas summo quidem ardore addiscunt, patriam vero ac domesticam adeo negligunt, ut summa eorum sit in loquendo scribendove barbaries, puritas nulla, nullus nitor. Sane quemadmodum utrumque hoc hominum genus eodem in mendo haeret; ita priores illi multo mihi adhuc videntur ineptiores posterioribus, quod omni eo praeclaro commodo, cujus sese participes per assiduum Juris Romani alteriusve cujuspiam studium, cum sedulo Juris patrii cultu conjunctum, potuissent reddere, inexcusabili hujus neglectione omnino, & quasi studiose, privatum se eant. Enimvero qua utilitate, quo fructu Leges subsidiarias tanto fervore consectantur, dum interim ignorant domesticas, quibus tamen ceteris omnibus derogari, ne Dupondius quidem nescire potest? Quid enim? admoveatur vir hujusmodi, Juris Romani cultor egregius, in ipsis autem civitatis illius, in qua vivit, Juribus omnino peregrinus, admoveatur judicis officio, sit suo Principi a consiliis, caussarum patronum agat, aut quidlibet demum aliud, quod solidam Jurisprudentiae peritiam requirit: nonne gravissimos indies fere errores admittet, dum judicia reddet, consulet, de Jure respondebit, defendet? nonne pro numero caussarum, numerum quoque augebit solaecismorum? Et hujus demum rei quaenam alia erit ratio, quam patrii Juris turpis inscitia? Cum e contrario hujus scientia, cum reliqua

liqua Jurisprudentia conjuncta ab omni tam turpiter errandi periculo eum longissime remotura fuisset. Quapropter omni eos laude dignissimos continuo existimavi, qui in excolendis suae patriae Juribus pari cum ceteris Jurium speciebus assiduidate desudant: omnia enim ista si quis rite laudabiliterque conjunxerit, tum demum suam operam non inepte collocatam, fructumque inde uberrimum in sese redundare conspiciet.

Eadem quoque ratio est, quae me induxit, ut relictis aliis, hanc mihi praesentem materiam, de qua tractatulum istum compilarem, ex Jure nostro Franconico seligendam putaverim: qua in re plurimum me adjuvit Clariss. & Consult. Domini PRAESIDIS benevolentia plane singularis, qua mihi Decretorum Mandatorumque nostrorum facere copiam haud fuit gravatus, quibus utique, cum in unum collecta ac ita publice edita necdum hactenus prostent, destitui me necessum fuerat, quibusve tamen ad exequendum meum consilium maximopere mihi erat opus.

Equidem, quidquid hic elaboravi, haud ingentis esse momenti ipsus ego eo lubentius profiteor, quod semper in ea fuerim opinione, Candidati e collegiis vix emergentis non esse, vel in magnis arduisque rebus juvenilem exercere stilum, vel novis quibusdam adinventionibus Jurisprudentiam nostram augere, vel tale quidquam suscipere elaborandum, ad quod defoecatum plane judicium insignis experientia, ingens eruditionis adparatus, qualis habitu

primum longaque plurium annorum exercitatione adquiritur, plane est necessarius. Sin tamen quis durius mihi exprobret, cur, cum in majoribus versari ausus non fuerim, a levidensibus etiam conscribendis manum non continuerim, huic ego brevissime respondeo, me, cum primum Dissertationem isthanc conscripturus calamum arriperem, in animo habuisse illud:

Quod licuit Themistocli, cur non liceat & Epaminondae?

Decreta & Mandata, quae ad Jura Judaeorum pertinent, integra ut adducerem, necesse haud putavi, cum universalem Legum nostrarum Franconicarum editionem propediem praestolemur. Sufficere ergo saepe visum, illa fragmenta adferre, quae ad rem plurimum facerent.

His, ne longior fiat, ipsa tractatiuncula, Praefatio, valere te jubeo, amice Lector! & ut mihi faveas, enixe precor.

---

§. I.

Quod recte & non ineleganter cecinit Poeta apud Klockium *de Aerario L. II. C. 62.*

Rex superum tolerat Judaeos, fert quoque Princeps:

illud hodiedum de plurimis non modo Germaniae nostrae Principibus, ipsoque summo ejus Capite Imperatore, sed & de maxima summorum Imperantium

chri-

christianorum parte cum veritate dici potest. Nec is ego sum, qui istam Judaeorum tolerantiam, modo justis circumscribatur limitibus, ulla ratione vel tanquam rei christianae noxiam, vel ceu reipublicae periculosam temere carpendam esse putem: quin potius justis illam rationibus niti haud eam inficias. Equidem longissime absum ab ea Dominorum Protestantium sententia, quam veluti pro aris & focis defendendam sibi sumit JUSTUS HENNINGIUS BOEHMERUS, a) aliique iisdem sacris addicti, Principem Jure quodam divino ad tolerandas in suo territorio quascunque sectas, solis saltem Atheis exceptis, b) omnino obligari, ut adeo hoc intuitu nulla daretur tolerantia aut infidelium aut haereticorum quorumcunque voluntaria; eam enim jam diu feliciter profligavit nostrae quondam Academiae decus, BAR-

a) In Jure Ecclesiastico Protestantium, *Tom. IV. Lib. V. Tit. VII.* §. 183. *seqq. pagina mihi* 1014. Conf. BUDDEUS in *Theologia morali P. II. C. III. Sect.* 7. & in Dissertatione *de Concordia Rel. Stat, civ. C.* 1. 2. 3. PHILIPPUS A LIMBORCH in *Theol. Christ. Lib. VII. cap.* 21. *seqq.*

b) WOLF in den vernünftigen Gedanken von dem gesellschaftlichen Leben der Menschen. §. 368. BUDDEUS in *Tr. de Atheismo & Superstitione C. IV.* BOEHMER *l. cit. tit. VI.* §. 36. *p.* 766. *& tit. VII.* §. 189. *p.* 1019.

THELIUS: c) tamen eadem diſtantia, veluti ab altero extremo, a furioſa quorundam opinione recedo, exiſtimantium, Judaeos omnes ferro flammisque delendos, aut ſiquidem mitiſſime cum iis agendum eſſet, ex omnibus Chriſtianorum territoriis propediem proſcribendos eſſe. Enimvero uti univerſim omnis eorum, qui a fide vel chriſtiana, vel tantum catholica diſſentiunt, tolerantia non ſtatim dici poteſt impia, maxime, cum ipſa reipublicae ſacrae aut profanae neceſſitas utilitasve eam imperat; ita praecipue Judaeorum tolerantiae tanti momenti rationes patrocinantur, ut Principes chriſtianos, quorum in territoriis ea viget, pleniſſime videantur juſtificare.

§. II.

Nam primo quidem (ita fere rationes ſuas inſtruunt illi, qui data opera, Judaeos eſſe tolerandos, demonſtrare conantur) hanc gentem ad ovile CHRISTI, quod nunc averſantur, adductum aliquando iri novimus ex PAULO ad Rom. *XI.* 25. & 26. & Prophetis OSEA *III.* 5. & SOPHONIA *III.* 8. *ſeqq.*; eam igitur, ajunt, funditus delere nihil ſane foret aliud, quam divinae bonitati, ne iſtud ſuum conſilium exequi & miſellos ad veritatem aliquando adducere poſſit, obicem vano conatu velle ponere, & quod

c) In Diſſertatione *de Libertate in negotio Religionis ex Lege divina.* Cap. *XI.* & *XII.*

quod consequens omnino est, efficere, ne vaticinio in sacro Codice luculenter extanti respondere eventus queat, quod quam absurdum sit, nemine etiam monente, quivis intelligit. Aut siquidem Judaei ex omnibus Christianorum territoriis eliminarentur, a se non satis perspici contendunt, quid ista ratione simus lucraturi. Abscedant enim, inquiunt, e nostris terris! certum tamen id est, planeque indubium inventuros eos esse locum, ubi pedem figant, quos hunc usque in diem non habita persecutionum durissimarum a) ratione servavit Numinis optimi providentia, & in meliorem finem ad ulteriora tempora reservabit. Praeterquam quod christiana mansuetudine indignum omnino sit, omnia ipsis ad salutem media ea ratione velle adimere. Est porro, ita ulterius contendunt, non exigua in eo utilitas, quod Judaeorum exemplo omnium oculis praesente, Christiani divinae justitiae

 rigorem,

a) Persecutiones istas per omnia sæcula late demonstrat BASNAGE *dans l'histoire des Juifs*, qui *tomo IV. Cap. I. §. I.* hanc in rem ita ait: *On a chassé les Juifs de tous les lieux du monde, & cela n'a servi qu'à les repandre dans tous les lieux de l'univers. Ils ont passé de siécle en siécle au travers de la misere, de la persecution, & des torrens de leur propre sang, qu'ils ont repandu. Ils vivent encore malgré la honte & la haine, qui les suit en tous lieux, pendant, que les plus grandes monarchies sont tellement tombées, que ne nous en reste, que le nom.*

rigorem, novamque, ut ſibi a ſceleribus caveant, rationem doceantur; cum videant, gentem iſtam olim Deo tam dilectam, nunc juſto judicio ſuae quaſi ſervituti eſſe mancipatam.

Denique adjiciunt: quanto nobis uſui ſunt Judaei, tenaciſſimi ſacrarum litterarum antiqui foederis cuſtodes adverſus Gentilium incredulitatem & Atheorum ac Deiſtarum deliria, qui fictitium eſſe religionis chriſtianae ſyſtema, in acutioribus ingeniis enatum, & rudi populo facili labore obtruſum criminantur, quibusve haec ipſa gens judaica luculentum prorſus de veritate religionis noſtrae teſtimonium fert continuo. Poſtremo horret animus omnem illam lanienam & crudeliſſima tormenta hic depingere, quibus a male ſenſata Chriſtianorum pietate & intempeſtivo religionis fervore miſeram hanc gentem excruciatam ſaepe nimis fuiſſe, hiſtorica fide (vera utinam non narrarent!) manifeſte comprobant: & quid demum, ajunt, his omnibus effectum? Nihil profecto aliud, quam ut plurimi obſequium ſe praeſtare Deo exiſtimantes, cruciatibus fuerint immortui, alii contra in ſpeciem ſuae religioni nuntium mittentes Chriſtianos fingerent, & nomen mutarent, non animum. Imo novimus, inquiunt, ex Annalibus eccleſiaſticis, Judaeos a LEONE ISAURICO ad baptiſmum violente compulſos, eo recepto continuo ſe rurſum abluiſſe, ut abſtergerent quaſi ſuis e corpori-

bus

bus ſalutis ſignum, quod inviti receperant: & antequam Euchariſtiam ſumerent, cibis impleſſe ſtomachum, ut ita ſaltem ſuam averſationem teſtificarentur, cum aliud non eſſet in ipſorum poteſtate. Quanta, Deum immortalem! religionis noſtrae & myſteriorum ejus profanatio!

Ut adeo tuto concludendum eſſe ſtatuant, Judaeos violente (& qua demum alia ratione id fieri poteſt, ſi eos tolerare nolimus) ad fidem velle convertere nihil eſſe aliud, quam vel certas morti victimas deſtinare, vel hypocritis religionem noſtram deturpare! *b*) Ita profecto, dicunt, ſenſit olim Magnus GREGORIUS Papa, ita judicavere Patres Concilii Toledani IV., ita ſtatuit ALEXANDER II. Pontifex, ac ſaeculo inſequente divus BERNARDUS, *c*) ita exiſtimant hodiedum omnes, quorum animos

b) RACINE *dans l'Abrégé de l'hiſtoire Eccleſiaſtique*, Tomo *III* p. 245. *edition de Cologne* 1752. Videatur etiam MONTESQUIEU *dans l'Eſprit des Loix Tome III. Livre XXV. Chap. XIII.* ubi, me quidem judice, pulcherrimam Judaeis contra Hiſpanicam inquiſitionem apologiam ſcribit.

c) De GREGORIO M. ait laudatus RACINE *Loc. cit.* p. 9. *Il s' oppoſa aux vexations, que l'on exerçoit contre les juifs pour les forcer, d'embraſſer le Chriſtianisme. C'eſt, dit-il, par la douceur, la bonté, l'inſtruction, qu'il faut*

animos non excoecavit ille zelus, qui non est secundum scientiam. Sic nimirum philosophantur ii, qui tolerantiae Judaeorum justitiam sibi defendendam sumunt. Et sane his rationibus, quibus brevitatis amore plures addere supersedeo, pacificam Judaeorum tolerantiam, nisi omnia me fallant, justificari existimo. Quae vero contra illam passim adferuntur argumenta, ad ea uno verbo responderi facile potest: illa haud evincere, Judaeos non esse tolerandos, sed praecautione aliqua in eorum tolerantia opus esse, ne pax civilis turbetur, aut alia inde mala in rempublicam vel sacram vel profanam exsurgant. *d*)

§. III.

---

faut appeller les infideles à la religion chrétienne, & non par les menaces, & la terreur. Il ne faut pas amener les juifs malgré eux; puis qu'il est écrit, je vous offrirai un sacrifice volontaire. Patrum Concilii Toledani sanctionem refert p. 165. *On ne contraindra plus désormais les juifs professer la foi, qui doit être embrassée volontairement, & par la seule persuasion.* Sententiam ALEXANDRI Pontificis, & BERNARDI Abbatis referam infra §. *VII. b*). Vid. etiam VAN ESPEN in *Commentario in Canones & Decreta Juris veteris &c. pag.* mihi 465. *edit. Colon. de* 1748. *Scholio in Canonem VIII. Nicaeni. II.*

d) Conf. PAULUS JOSEPHUS A RIEGGER *Inst. Jurispr. Eccles. P. IV. p.* 285. BOEHMER *l. c. tit. VI.* §. 28. & in Differt. speciali *de cauta Judaeorum tolerantia*, WAGENSEIL Diss. *de Judaeis Thesi VI. seqq.* WILDVOGEL Differt. *de Judaeorum receptione & tolerantia Th. II.*

§. III.

Quemadmodum vero universim subditorum omnium, ita praecipue eorum, qui a vera religione dissentiunt, proindeque & Judaeorum tolerantia seu receptio ex principiis Juris publici universalis ad Jura majestatica pertinet. *a*) Inde est, quod olim in Imperio nostro, cum Jura majestatica Statibus necdum essent communicata, Judaeos recipiendi potestas penes solum Imperatorem consisteret, quibus & ipse speciales dare solebat Advocatos, & Judices, jurisdictionem Caesaris nomine, cui immediate subjiciebantur, in hanc gentem exercituros. Quo nomine & Judaei in toto Imperio pro servis Camerae & Fisci Imperialis specialibus fuere habiti. Ita sane CONRADUS IV. in Diplomate de A. 1234 apud LEIBNITIUM in *Prodromo Codicis Diplomatici n.* 12. & LUNIG. *im Reichs-Archiv parte generali p.* 573. expressis verbis asserit: *Omnes & singuli Judaei degentes ubique per terras jurisdictioni nostrae subjectas, christianae Legis & Imperii praerogativa, qua dominamur & vivimus, servi sunt Camerae nostrae speciales.* Et CAROLUS IV. in privilegio A. 1347. fratribus JOANNI & ALBERTO Burggraviis Norimbergensibus concesso

a) Conf. SCHROD in *Systemate Juris Publici Universalis P. II. C. V.* §. 53. *& seq.* BOEHMER *loc. cit. tit. VI.* §. 37.

cesso ita statuit: Alle Juden gehören mit Leib und mit Guth Unserer Cammer, und seyn in Unser Gewalt und Hände, daß Wir mit Unser Mächtigkeit damit thun und lassen mögen, was Wir wollen. apud LIMNAEUM *Tomo I. addit. ad Lib. VII. Cap. 5.* Eodem titulo Judaei sua tributa & censuales pecunias Imperatori pendebant, qui eas subinde speciali privilegio Dominis, sub quibus degebant, reliquit: ceu testatur Diploma a WENCESLAO A. 1391. civitati Nordhusanae, a CAROLO IV. A. 1348. Wormatiensi, ab eodem Imperatore A. 1349. urbi Spirensi concessum, quae prostant apud MOSERUM im deutschen Staatsrecht *T. IV. L. II. C. 49. §. 13. seqq. p. 74.* Imperator etiam, quocunque locorum in Imperio voluerat, Judaeos pro lubitu immittebat, ut adeo Status speciali subinde gratia ab eodem impetrare studerent, ne ad recipiendos in suas regiones Judaeos cogerentur, ceu adparet ex Diplomate A. 1516. a MAXIMILIANO I. civitati Reutlingensi dato: Daß sie und ihre Nachkommen in Ewigkeit auf Unser oder Unser Nachkommen am Reich Begehren oder Ersuchen keinen Juden oder Jüdinn daselbst zu Reutlingen einkommen oder wohnen zu lassen nicht schuldig; alii vero de Diplomate sibi prospicerent, vi cujus ipsis esset integrum, Judaeos e suis ditionibus ejicere, uti Wormatia a FERDINANDO I. & Nordlinga a MAXIMILIANO I. impetrarunt. Denique ad hanc

Cae-

Ceesarum in Judaeos authoritatem potestatemve refero varia illa privilegia, quae in suum emolumentum Judaei a variis Imperatoribus, veluti a CAROLO V. A. 1521. 1530. 1531. 1544. FERDINANDO I. A. 1560. MAXIMILIANO II. A. 1566. RUDOLPHO II. A. 1577. exorarunt, quae exhibet idem MOSERUS *loc. cit.* §. *49. seqq. p. 92.* — Sed quae olim solus Imperator privative circa Judaeos exercuit Jura, ea jam CAROLI IV. tempore Electoribus in A. B. *tit. IX.* §. *2.* & dein invalescente paulatim superioritate territoriali omnibus tandem Imperii Statibus fuere communicata per Ordin. Imp. politicam de A. 1577. tit. 20. §. 1. Setzen, ordnen, und wollen Wir, daß niemal hinführo Juden aufzunehmen oder zu halten gestattet werden solle, dann denenjenigen, so von Uns und dem Reich Regalia haben, oder insonderheit deßhalben privilegirt seyn. Unde manifestum est, hodie Jus recipiendi Judaeos in Imperio non competere, nisi primo & ante omnes alios August. Imperatori, deinde iis, qui Regalibus gaudent, porro, quibus hoc Jus speciali privilegio Imperator concessit, ac denique quibus suffragatur immemorialis possessio, unde praesumtio tituli de mundo melioris, concessionisque olim ab Imperatore factae sine dubio enascitur. *b)* Da aber jemand, pergitur in dicta ordinatione,

b) Nobilitati immediatae (den unmittelbaren Reichs von Adel

ne, so weder Regalien hat, noch dießfalls privilegirt ist, darüber Juden aufnehmen würde, so sollen doch dieselbige an keinem Ort Sicherheit und Geleit haben, darneben von Uns ernstlich Einsehen dargegen vorgenommen, und abgeschafft werden. Mediatis ergo, quibus de singulari Imperatoris privilegio desuper haud est provisum, recipere ac tolerare Judaeos nefas est: quod etiam in nostra Franconia ita se habere testantur Mandata de 14. April. 1688., et 20. Febr. 1691. in quibus statuitur: Daß denen mediat Vogtey-Herrschafften, als Stifftern, Abteyen ꝛc. nicht gestattet, Juden

Adel in Francken, Schwaben und am Rheinstrom, seu, ut usitatius loquimur, der unmittelbaren Reichs-ritterschaft) jus recipiendi Judaeos competere, idque ex speciali Imperatoris privilegio, testatur JO. JAC. MASCOV in *Principiis Juris Publici Lib. VII. C. I.* §. 40. & experientia ipsa reddit indubium. Unde consentientem me non habebit WILDVOGEL *l. c. Thesi III* dum statuit, id tantum *de facto* obtinere. Sed nec BECKIUS in Tr. de *Juribus Judaeorum*, *Cap. III.* §. 3. satis orthodoxus est, dum Jus recipiendi Judaeos nobilitati immediatae vi *superioritatis territorialis* adserit. Sed quidquid sit, jus istud, in ihre Flecken und auf ihre Güter Juden zu setzen, ihnen Begräbnuß und Schulen einzugeben, ut WEHNERUS in Observ. Pract. voce Juden & Vogtey loquitur, quotidie exercet immediata Imperii nobilitas.

Juden aufzunehmen; indem dies ein Effectus juris territorialis seye. c)

§. IV.

Quibus Jus recipiendi ac tolerandi Judaeos competit, eorum quoque est, certos huic tolerantiae limites praestituere, ne ullum exinde damnum reipublicae vel ecclesiae immineat. Enimvero nulla est religio a vera & orthodoxa dissentiens, in cujus tolerantia majores servari cautelas sit necesse, quam judaica, id quod omnes norunt, quibus gentis istius indoles, fraudibus & tacito in Christianos odio plenissima non est incognita. Frenum mordent, cum ferreo eos sceptro comprimunt Imperantes: si paululum liberiorem spirant auram, protinus insolescunt. Externam in speciem Christianorum imperia venerantur, & siquidem ipsis fidem habeas, desiderant etiam; taciti nihil magis, quam totalem eorum destructionem exoptant, quam infallibile futurae suae liberationis signum augurantur. Quot saepe conatus, vana licet fuerit sine viribus ira, eo etiam tempore, cum

c) Vid. Clarissimus & Consultissimus D. PRAESES in Delineatione Elem. Juris Franconici Lib. I. tit. V. § 44. *lit c.* Moser im deutschen Staatsrecht *loc. cit. tot. cap.* 49. SCHWEDER *Introd. in Jus publ. parte spec. Sect. II. c.* 14. §. 17. COCCEJI *Jur. publ. Cap XXIII.* 11. BERGER *in Oeconomia Juris Lib. I. tit. II.* §. 9. *n.* 8.

cum Hierosolyma jam eversa in statum miserrimum ac fere servilem erant redacti, in evertendam Christianorum religionem, aut saltem vexandos & persequendos ejus cultores adhibuere? Quam facile, quantaque audacia omnem in Christianos insurgendi occasionem quondam arripuerint, testis est vel sola seditio Alexandrina, quam describit SOCRATES *H. E. Lib. VII. c.* 13. *&* 14. & ex illo FLEURIUS *dans l'histoire ecclesiastique Liv. XXIII. Tom. V. p.* 432. *suivantes, edit. de Paris* 1720. Quod hodiedum tale nihil audeant, non iis certe deest Christianis insultandi voluntas, sed facultas. Hanc vero non nisi Imperantium prudens oeconomia, & variis conditionibus, plerumque durioribus adstricta tolerantia ipsis ademit. Neutiquam ergo vituperavero Principes christianos, quod Judaeos pari nobiscum Jure perfrui haud patiantur, quodve illos duriuscule habeant: id quod laudato BOEHMERO haud arridere satis, ex omnibus illis, quae titulo *de Judaeis* in *J. E. P.* discurrit, facile colligitur; cui si fides esset habenda, religio, qualis illa cunque sit, nullam plane Jurium politicorum diversitatem deberet inducere: sed potius insignem eorum sapientiam laudandam esse existimo, quod ita religionis regionisve suae felicitatem sartam tectam conservare adlaborant. Nec unquam suasero Imperantibus, ut Judaeos suas in regiones absque certis ac determinatis conditionibus recipiant; sed

magis

magis expedire existimo, si in ipsa statim receptione severae ipsis statuantur Leges, quibus si contraveniunt, non modo aliis coerceri poenis, sed ex ipsa provincia rursum ejici, & qua perfruiti erant, tolerantia justis ex caussis *a*) privari possint. Et ex hac

Ttt 2 Impe-

a) Justas caussas requiro. Ab earum vero numero omnino excludo *auri sacram famem*, quae saepe eo mortalia cogit pectora, ut omnem penitus exuant humanitatem. Solet quandoque immite hoc Judaeorum esse fatum, ut si ille, qui tolerantiam pacificam & quietam ipsis adpromisit, aerarium suum graviore morbo laborare persentiscat, & ita vacuum in natura dari, tristi doceatur experientia; vel aegrotanti aerario magna satis pecuniae copia tanquam medicamine efficacissimo succurrere debeant, vel se e territorio propediem expellendos esse, durissimam inaudiant sententiam: Viderint illi, qui ita procedunt, quomodo hujus sui facti justitiam defendant. Ego vero ita existimo, actionem, quae ex solo privati commodi studio & sordido avaritiae crimine profluit, nulla prudenti ratione propugnari posse. Verum quae hic de necessitate justae caussae ad Judaeorum expulsionem attuli, suam quoque patiuntur limitationem eo in casu, cum Judaeis tolerantia solummodo per modum precarii, adeoque ad nutum revocabilis fuit concessa: qualem olim sub JOANNE PHILIPPO DE SCHÖNBORN Electore Moguntino & Episcopo Herbipolensi Judaeorum fuisse tolerantiam ex Decreto de 26. Maji 1666. colligo, ubi ita dicitur: Demnach die gesammte schutzverwandte Judenschaft im

hohen

Imperantis cura, ne per Judaeos ullum civitati aut ecclesiae damnum inferatur, profluunt illae tum Imperii

---

hohen Stift Wirzburg sich beschweret, was gestalt sie mit allerhand Schmach- und Schändworten angetastet, auch Steinwürfen und Schlägen allenthalben verfolgt würden; ꝛc. und gleichwohl seine Churf. Gnaden vermög hievorigen publicirten Mandaten ihnen Protection ertheilet, und dieselbe in gewissen Städten und Orten in Landsherrlichen Schutz bis auf erfolgende Revocation, an- und aufgenommen ꝛc. Ex quibus verbis: bis auf erfolgende *Revocation*, ad tolerantiam mere precariam rectissime arguitur. Eo vero casu solam concedentis voluntatem sufficientem ad eorum ejectionem esse caussam, & si ullibi alias, hic certe illud pervulgatum: *sic volo, sic jubeo*, locum habere, penitus est manifestum. Certe hoc casu Imperantem, cur Judaeos in futurum tolerare nolit, rationem dare non magis necesse est, quam illum, qui rem quampiam non fungibilem alteri in precarium dedit, cur eam deinde repetat. Vel ut similitudine magis ad rem meam faciente utar: potest Princeps illud subditorum genus, quos Beysassen dicimus, quotidie jubere, ut e suo excedat territorio, etsi nec ullum admiserint delictum, nec ulla alia suppetat ratio, quam solus jussus Principis, in cujus arbitrio est, tolerantiam hisce hominibus vel porro concedere, vel si aliter visum fuerit, quandocunque denegare. Eodem modo sese res habet cum Judaeis, quorum precaria tantum est tolerantia. Verum enimvero hoc ipsum aliquando est dubium, utrum Princeps Judaeo recepto precariam,

an

Imperii universales, tum speciales Statuum Judaeos tolerantium constitutiones, ne impio foenore christianos exhauriant, ne blasphement CHRISTI nomen, ullumve religioni nostrae dedecus inferant, ne dies, quos sacros colimus, ulla ratione profanent, aut cultum nostrum interturbent, ne ullam cuipiam Christianorum inferant molestiam, & quae sunt similia plurima; quibus cavetur, ne, quos gratis toleramus, sua agendi ratione tolerantiam istam reddant nobis molestam, planeve perniciosam. *b*)

§. V.

Sane ex isto principio: quod illius sit tolerantiae modum statuere, cujus est tolerantiam ipsam impertiri,

an stabilem nec nisi ex caussa revocabilem tolerantiam indulgere voluerit; siquidem receptionis litterae (der Schutzbrief) ita possunt esse ambiguae, ut in utramque partem recipiant interpretationem. Distinguo, num Judaeus solitarie in locum aliquem receptus, an aliis Judaeis jam stabiliter receptis adgregatus seu adnumeratus fuerit? Illo casu *in dubio* precariam, hoc e contrario stabilem tolerantiam indulgeri voluisse, praesumendum existimo. Uti enim priore in casu pro libertate Principis pronunciandum; ita in posteriore me movet, quod in dubio videatur Princeps Judaeo noviter recepto idem voluisse concedere, quod toti communitati hactenus toleratae dederat.

b) Vid. JODOCUS BECK in Tr. de *Juribus Judaeorum Cap. II*, & laudatus WILDVOGEL *loc. cit. Thesi I.*

pertiri, pendent diverſiſſima Judaeorum Jura, de quibus ſi quaeratur, ante omnia ad Leges receptionis erit reſpiciendum. *a*) Eae uti mitiores fuerint aut ſeve-

a) Extra eos caſus, quibus vel Jus particulare cujusvis provinciae, vel Jura communia ſingulare quid circa Judaeos conſtituunt, eosdem cum in cauſſis civilibus, tum criminalibus in regula Jure communi Imperii, Romano imo & Canonico, quatenus hoc ad ipſorum perſonas quadrat, uti expeditum eſt. Vid. RIEGGER *l. cit.* §. 287. BOEHMER *l. c.* §. 26. *&* 42. REINKINGIUS *de Reg. Saec. & Eccl. L. II. Claſſ.* 2. C. 3. *n.* 7. Id quod generatim verum eſt, quando Chriſtianum inter ac Judaeum controverſia intercedit, quae abs dubio ex nominatis juribus eſt decidenda. Alia vero quaeſtio eſt, quo Jure inter ſe ipſos Judaei utantur, an communi, an potius Moſaico iis in caſibus, quibus Leges Judaeorum forenſes a noſtro Jure communi recedunt, qualis horum Jurium diverſitas deprehenditur in computatione aetatis, ſucceſſione ab inteſtato, cauſſis teſtamentariis, matrimonialibus, ceteris. Diſtinguit CYRIACUS *Controv. forenſ.* 241 *n* 11. inter *formalia* proceſſus & *materialia* ſeu *merita cauſſae*. In illis Jus commune obſervandum eſſe ſtatuit, atque hac in re fere omnes alios conſentientes habet. In his vero exiſtimant plurimi, Jus forenſe proprium inter Judaeos anteferendum eſſe communi, aliis tamen in contraria abeuntibus Hinc inferunt Judaeos maſculos annorum XIV., foemellas annorum XII. juxta Legem ipſorum forenſem pro majoribus haberi, adeoque ex eo tempore haud amplius reſtitui poſſe in integrum. In ſuc-

ſeveriores, ita etiam ſe habebunt receptorum Jura. In his uti juſſerit Princeps, ita Jus eſt. Ubi vero in

hisce

ſucceſſione ab inteſtato maſculos praeferri foeminis juxta Num. XXVII. 8. Valere teſtamentum Judaei relinquentis filio Legatum absque inſtitutionis titulo cet. Argumentis, quibus hanc ſuam opinionem ſtabiliant, utuntur ſequentibus: 1) quod Leges & conſuetudines Judaeorum nec ſpecialiter prohibitae, nec in contemtum fidei noſtrae comparatae iis ſint permiſſae per *L.* 10. *&* 12. *C. de judaeis & Coelicolis & cap.* 7. *ac* 9. *X. eod.* 2) Provocant ad praxin antiquam Imperii Romani, ſub quo Judaei Jure proprio utebantur, ceu ex SERVATORIS paſſione & verbis PILATI: *accipite eum & judicate ſecundum Legem veſtram!* probat CYRIACUS *l. cit.* 3) Jus Judaeorum eſſe ſpeciale, quod Juri communi derogat. Sed iſtas rationes optime refutat BOEHMERUS, *l. cit.* §. 60. Ego hac in re ad Leges receptionis, quae in determinandis judaeorum juribus utramque faciunt paginam, confugiendum eſſe exiſtimo, & ex his decidendum, num in conflictu Leges judaicae an communes intuitu Judaeorum ſint anteferendae. His nihil deſuper ſtatuentibus ad conſuetudinem provinciae attendendum, quae & ipſa pro Lege eſt. Si & haec dubia ſit, certique nihil determinet, omnino ſentio cum BOEHMERO, Jus commune praeferendum eſſe Moſaico, atque in dubio ipſi receptionis ac tolerantiae Legi tacitam, ex ipſa ſubjectionis natura ineſſe conditionem, ut actiones ſuas civiles ad Jura loci communia componant, in quantum haec ipſorum religioni non adverſantur;

hisce Legibus receptionis de certo quodam capite nihil fuit conſtitutum, quin tum ad Jura communia, in quibus

---

verſantur; eoque magis, quo Judaei Legum ſuarum ſolent eſſe tenaciores, nihilque adeo curae ac cordi habere, quam ut ſe exleges faciant intuitu Legum localium; id quod rationibus civilibus & commodis Reip. graviſſime adverſatur. Hoc unicum addo: Si forte in Lege receptionis deſuper nihil ſit expreſſe proviſum, permittatur vero ibidem Judaeis, ut cauſſas inter ſe controverſas Senioribus ſeu Majoribus ſuis decidendas ſubmittant; eo caſu me magis inclinare in contrariam ſententiam, quod *in dubio* ſecundum Jus forenſe Moſaicum lites ſuas vel cauſſas dirimere non ſint prohibendi. Semper tamen optima interpres erit conſuetudo, de qua ubi ſatis conſtat, omnis alia criſis & diſputatio ceſſare debet. Haec, quod ad Franconiam noſtram attinet, Judaeis omnino permittit, in certis caſibus, pauciſſimis tamen, quibus Jus Moſaicum contrariatur communi, proprio uti Jure: cum tamen ejusmodi conſuetudo nonniſi per modum exceptionis obtineat, neutiquam tollit generalem regulam, etiam penes nos indubie obtinentem, Judaeos Jure communi, utut a Moſaico recedat, omnino vivere, & ſic eorum cauſſas ex illo etiam eſſe decidendas, niſi ſpecialis adſit conſuetudo aut exceptio, quam allegans omnino probandam habet. Sane divortiorum poteſtatem ſuae ipſis Leges faciunt, nos negamus: per illas Judaeis liceret eſſe polygamis; nos contra una eos conjuge jubemus eſſe contentos. Id vero per ſe manifeſtum eſt, ſi quid per Leges Moſaicas vi praecepti Judaeis

quibus complura, eaque ſat bonae frugis circa Judaeos conſtituta legimus, ſit recurrendum, eſt extra dubium. Id tamen adverti omnino velim, ea, quae in Legibus Romanis de *tolerantia* Judaeorum ſtatuuntur, proprie ad nos non pertinere; ſiquidem Judaei in Republica Romana *Legibus* fuerant tolerati, ſed penes nos non niſi *receptione* tolerantur, quam in eorum Juribus determinandis omne punctum ferre jam obſervatum ivi. Mihi quidem, de ſingularibus in Franconia Judaeorum Juribus nunc dicturo, primario nullum de Jure communi erit negotium, niſi ut Conſtitutiones noſtri Ducatus ſimul etiam ex iis, quae publicis Imperii Legibus, vel Jure Civili aut Canonico eadem ſuper materia ſunt conſtituta, paucis illuſtrem, reliqua, quae de Judaeis alioqui diſputari ſolent, quorumve ſat magna eſt farrago, in medio relicturus.

 §. VI.

Judaeis injungatur, ab ejus obſervatione non poſſe eos per Leges provinciales prohiberi, cum alioquin tolerantiae ſibi conceſſae effectibus fruſtrarentur. Ita prohiberi nequeunt, quo minus Sabbathum ſuum ex more ſuo celebrent, nec eo die, ut operibus vere ſervilibus vacent, ut in judiciis compareant, aliudve quid agant, quo legem ſuam violari exiſtimant, ullatenus ſunt adigendi. Revera enim contradictorium foret, judaeis tolerantiam indulgere velle, nec tamen ea concedere, ad quae inevitabili ſe adſtringi neceſſitate, firmiſſime ſibi perſuaſum habent. *Vid. L. 2 & L. 13. C. de Judae. Cap.* 9. *X. eod. Conf. Nov.* 146. *c.* 1.

§. VI.

Ut igitur recto ac genuino ordine procedat omnis oratio, primo de Juribus, quae Judaeorum *personas* praecipue concernunt, qua fieri poterit, brevitate differemus. Ad haec ergo quod attinet, sunt iique non pauci, qui Judaeos ad statum servitutis vel *privatae*, vel saltem *publicae* detrudere non dubitant. *a*) Uti vero prioris sententiae falsitas vel ex eo luce clarius se manifestat, quod Judaei omnibus liberorum hominum, quatenus servis proprie dictis opponuntur, Juribus tota die perfruantur; ita quod ad posteriorem attinet, servitutem illam publicam nihil aliud involvere, quam subjectionem quandam duriorem, & hanc ipsam pro diversis receptionis ac tolerantiae Legibus (§. *antec.*) variare, multumque de sua duritie per mitiores Dominorum territorialium Constitutiones saepiuscule amittere, prorsus existimo. Saltem quod ad Franconiam nostram attinet, nemo sane Judaeos ulli servituti vel publicae vel privatae addixerit, quos ibi liberorum Jure respectu ceterorum subdito-

rum

---

a) Publicae eos servituti addixit STAMMIUS *de servitut. person. Lib. I. C. I. tit.* 5. § 8. DU CANGE in *Glossario* voce *Judaeus.* WOLF. SCHMITT in *Instit. Juris Eccl. Lib. V. tit. XI.* §. 10 *& seqq.* Sed videantur BOEHMER *l. c. tit. VI.* § 26. REINKING *l. c. n.* 28. STRYCKIUS in *Usu Moderno Pandectarum Lib. I. tit. V.* §. 10.

rum frui, & Juris communis participes ac de populo censeri, imo eadem libertate, qua alii subditi, certoque exsoluto detractu e territorio abire crebro perspicimus. Alii sunt, qui Judaeos non quidem pro servis, sed pro infamibus reputandos esse existimant; sed cum infamia delictum Jure infamans requirat, tale vero quoad Judaeos *universim* assignari non possit: patet & hanc opinionem in solo Authorum cerebro, neutiquam vero in Jure fundatam esse. *b*) Quamvis non negaverim, Judaeos inter viliores ac infimae conditionis homines recte referri, quo nomine ab omnibus muneribus & publicis Christianorum officiis longissime arcentur. *L. fin. C. de Judaeis* & *cap. 16. & 18. X. eod.* Ad alia ergo progredior, quae Judaeorum personas concernunt, quorumve major nostro in Ducatu est usus. Discernimus nempe Judaeos in receptos (Schutz- und Schirm- oder vergleitete Juden), et non receptos (unvergleitete Schnurrjuden). Hujus divisionis maximi momenti effectus est iste, quod

b) Infidelitatem esse peccatum gravissimum, eoque judaeos infamari putat FERMOSINUS *ad tit. X. de Judaeis q.* 1. *ad Rubric.* Alii vero, eos esse usurarios publicos, hocque delictum ex Jure Canonico infamare, graviter pronuntiant. Praeclare me hercle: omnes isti rem acu tetigerunt! Quasi vero & infidelitas eorum, qui publica authoritate tolerantur, & omne delictum coram Deo, esset etiam civile & infamaret in foro: aut quasi omnes Judaei necessario essent usurarii.

quod receptis pacifice ac quiete in territorio nostro vivere, atque pro annuo tributo (gegen jährliche Abtragung des Schutzgelds) protectione Principis perfrui sit concessum, quamvis indigenatus aut civitatis Jus nunquam nanciscantur, ceu docet Clariss. D. PRAESES *loco* ante *cit.* §. 45. *lit. b.*: non recepti contra prorsus non tolerantur, sed a cujuscunque loci magistratu ejiciendi, & sic ex universi Principatus finibus eliminandi sint. Distinctione tamen facta inter vagabundos, nullibi fixum ac stabile domicilium habentes, atque mendicando vel adeo suspectis artibus victum quaerentes, & inter Judaeos honestiores, alibi locorum in protectionem receptos, & negotiorum duntaxat caussa territorium nostrum transeuntes, aut certo temporis spatio ibidem subsistentes. His, exsoluta olim in singulos dies certa pecunia, hodie redemptis litteris licentialibus, seu Leib-Zollzeichen, nec transitus nec commoratio negatur; *c)* illis contra vel pedem terri-

c) Vi Mandati de 5 Jan. 1749. taxa * erat talis: Von einem mannbaren alle 24. Stund, so nemlichen für jeden Tag zu verstehen; 10 Rhein. Kreutzer, von einem Jüngling aber 5.; es seyen dieses nun Knecht oder Mägd, oder die Juden oder Jüdinnen, Person für Person, zu Fuß oder Pferden, oder Gefährden. Sed id mutatum Mandato de 2 Jan. 1756 ubi ita statuitur: Als ergehet hierauf an sämtliche des Hoch-stiffts adeliche und verrechnete Beambten, wie auch Zoll-

territorio inferre, Jure prohibitum. Est enim cujusque Imperantis haec princeps cura, ut malis ac suspectis

---

Zollbereitere, Schultheissen und Zöllnere, der gemessene gnädigste Befehl dahin, daß von nun an bey Vermeydung hoher Ungnad, auch willkührlich exemplarischer Straf kein einziger außherrischer oder ritterschaftlicher Schutzjud ohne gedruckt- und von Hochf. Wirzburg. Cammer der ritterschaftlichen Judenschaft in Franken ertheilt und gehöriger Orten auszulösen habendes Leib- Zoll- Zeichen fernerhin weder in Handlen noch sonsten einiger Weis im Hochfürstlichen mehr paßiret, sondern auf Befinden ein jeder sogleich zu Erlegung 10 Thaler, über mehrmaliges Contraveniren aber zu doppelt, ja dreyfachen Straf angehalten werden solle. **

* Cum hac Taxa non est confundendum telonium judaeorum, de quo Instructio pro telonariis §. 9. sequentia habet:

Von den fremden Juden, so oft selbige einige Zollstatt betretten, soll von jedem männ- oder weiblichen Geschlechts alt oder jung ohne Unterschied ein Kopfstuck zur Zollgebühr erhoben, und ihnen dagegen ein Zollzeichen (auf welches Zöllner des Juden Namen, Tag und Stund, wann es gelöset worden, schreiben soll) gegeben werden, mit welchem der Jud weiter nicht, dann in dieser Zollstatt soll frey passiret; Dafern er aber eine andere Zollstatt betritt, soll dem das Zollzeichen abgenommen, und er mit Zahlung eines Kopf-

suspectis hominibus provinciam liberet, qui non nisi ad turbas dandas, ad furta & raptus, aliaqua delicta, ubi data fuerit occasio, perpetranda apti nati sunt, quod vel maxime de foece ejusmodi judaica experientia

---

Kopfstucks ein anders zu lösen angehalten werden, welche abgenommene und aufgefangene Zeichen neben dem gefallenen Zoll-Geld die Zollrechnung zum Hochfürstl. Zoll-Amt quartaliter eingeschicket werden sollen. Siehe die Sammlung der Hochfürstl. Wirzburgischen Landsverordnungen. Wirzburg, Fol. 1776. II. Theil. S. 445.

**) Huic additum est per Mandat. de 2. Jan. 1769. Und da man neuerlich misfällig vernehmen müssen, daß an Ort und Enden, wo keine Zöllner aufgestellet, viele auch die meisten Unterschleife geschehen: als wird den Hochfürstl. Adelichen und verrechnenden Beamten hierdurch wiederholter gnädigst anbefohlen, die daselbstigen Schultheisen oder solcher Orte Vorsteher zu genauerer Aufsicht dergestalt zwar anzuweisen, daß jedesmal von der etwa fallenden Straf die zwey Drittel zu dem Hochfürstl. Kammer-Zollamt eingeschicket, der übrige ein Drittel aber dem Denuntianten zur Ergötzlichkeit gelassen werden dörfe. Dem also besser, dann bishero verspüret worden, pflichtschuldigst aufzusehen und nachzukommen, auch jeder sich selbsten vor Straf und geschärfter Ahndung zu hüten hat. Confer. etiam Mandatum de 31. Dec. 1726.]

tia docet. Ex hac justissima sollicitudine profluxere provida illa Principum nostrorum mandata, quibus subordinatis magistratibus, ut istiusmodi purgamenta protinus e provincia eliminarent, injunctum fuit: ipsis vero Judaeis severe inhibitum, ne talibus vel hospitium concedant, eosve ulla ratione penes se occultent, inscio vel invito loci magistratu. *d*)

§. VI.

---

d) Ita habet Mandatum de 14. Sept. 1697. Beamten sollen auf derley vagirende fremde Betteljuden dergestalt genaue Obsicht tragen, damit da dieser einer oder mehr unser Land betretten würden, durch die hierzu gemachte Verordnung und Anstalten nicht allein darinnen nicht ferner passirt, sondern von einem Amt zum andern zurück, und also aus unserm Land verwiesen und verjagt werden mögen. Et Decretum de 2. Sept. 1713. Schließlichen habt ihr die in unserm euch gnädigst anvertrauten Amt befindliche Juden-Haushaltungen vom ältest bis zum jüngsten ordentlich zu specificiren, mithin diejenige, so keinen Schutz- oder Gewerb-Brief von Uns haben, wie auch das etwann antreffende herrnlose Gesindel sogleich hinaus zu jagen, und daß selbige aus unserm Hochstifft wirklich ausgeschafft worden, ohne Anstand anhero zu berichten.* Consentit Decretum de 13. Sept. 1713. & 18. Nov. 1737. ubi additur: Nebst deme denen Vorgängern der Judenschafft zu be-

* Conferantur Decreta de 16. April. et 10. Octob. 1721. 3. Dec. 1722. 27. May 1724. 24. Sept. 1770.

§. VII.

Sive autem Judaei inter toleratos, ſive inter non toleratos pertineant, eos in perſona bonisve offendere,

---

bedeuten, derley herum vagirenden Juden keine Nacht-Herbergen oder ſonſtigen Unterſchleiff ohne Vorwiſſen des Orts Beamten, Schultheißen oder Dorfsmeiſtern bey 20 Rthlr. Straf oder Aufkündigung des Schutzes zu geſtatten. Eadem habet Mandatum de 17 Nov. 1738. & 7. Mart. 1741. (ubi ſimul conſtitutum: zu dem Ende auch die hochſtifftiſche mit den fremdherriſchen benachbarten Beamten, wo Juden wohnhaft ſeynd, damit im gleichen ihrer Seits ſothanen Betteljuden kein Aufenhalt bewilliget werde, ſich verſtehen ſollen) nec non de 1. Jun. 1750. & Decret. de 14 Aug. eod. ubi adhuc invenio comminationem: Daß diejenige Schutzjuden, welche dergleichen herumfahrende Billetjuden künftig aufnehmen, oder Unterſchleif geben, dadurch ipſo facto ihres Schutzes verluſtiget ſeyn ſollen. Speciale adhuc juſſum continetur in Decreto de 8. Febr. 1753. §. 4. Wird ſämmtlichen Vorgängern der Hochf. Schutzverwandten Judenſchafft auf das nachdruckſamſte und unter Verluſt ihres eignen Schutzes anbefohlen, daß ſie von Monath zu Monath an das Hochf. Judenamt dahier gehorſamſt einberichten ſollen, ob irgend ein oder mehrere obiger Betteljuden von einigen herrſchafftlichen Schutzjuden ſeyen aufgenommen oder beherberget worden. Ab iſtis tamen ſanctionibus per De-

fendere, aut contumeliis afficere nefas est. Nec enim religio, quam sectantur, eos privare potest Juribus, quae

Decretum de 15. Sept. 1713 eximuntur: Der Juden Geschwistrige, welche eine Zeitlang und bishero alls schon in ihren Diensten und unter ihrem Brod und Haushaltung gestanden (parentes enim decrepiti nec ullum exercentes commercium jam Decreto de 2. Sept. eodem anno fuere excepti) wie auch die Schulmeister und Vorsinger, obwohlen diese mit keinem Schutzbrief versehen, im übrigen aber gleichwohlen als Dienstgesind zu halten; addita conditione: daß ihnen einiges Gewerb zu treiben nicht gestattet werden solle, in Decreto Reg. de 14 Aug. 1750; utut hisce cantoribus, denen Vorsingern, liceat esse maritatis, id quod interdictum est praeceptoribus privatis, denen Privat-Schulmeistern. Conf. Decret. Reg. de 27. Aug. 1636. -- de 7. Sept. 1667. Mand. 20. Aug. 1770. 4. Nov. 1720. Decret 2 Aug. 1723. 8. Nov. 1740. & plura alia, * ubi generatim decernitur: Daß das fremde liederliche und unleidentliche Gesindel ausser Land zu schaffen — Zu solchem aber seynd zu rechnen die fremde und Betteljuden vi Streif-Instructions de 18. Aug. 1723. §. 7. -- Wann die ausgejagte sich nochmahls betretten lassen, solle gegen sie mit Staupenschlägen, Ohrenabschneiden, Aufbrennung gewisser Merkmahlen und andern harten Leibsstrafen verfahren werden. Decret de 26. Aug. 1702. 18 Aug. 1723. -- Aegrotantibus tamen parcendum, nec contra misericordiam christianam continuo eos ejiciendos esse

 statuunt

quae iis *ut hominibus* ab ipsa natura sunt congenita, & vi quorum communia humanitatis officia ipsis a nemine denegari possunt. Sunt vero, quod dolendum, quan-

---

statuunt eaedem sanctiones, & Decret. Reg. 12. Febr. 1734. quo beneficio nec Judaei privandi.

* In mandato de 1 Iunii 1750. §. 1. sic legitur: Daß unsere nachgesetzte Beamte samt und sonders die in ihren anvertrauten Amts-Bezircken angesessenen samtlichen Hochstiftischen Juden vördersamst vor sich bescheiden, und ihre erhaltene Original-Schutz-Briefe einsehen, diejenigen Juden aber, welche mit keinen solchen beglaubten Schutzbriefen versehen sind, samt ihrer Haushaltung nach Maasgab des unterm 11ten Martii 1732. ergangenen Mandati fort und aus den Hochstiftischen Landen weisen, und zu solchem wircklichen Aus- und Fortzug einen 14tägigen Termin ansetzen, auch über das Befinden, und wie Sie diese Hochfürstl. Verordnung vollzogen haben, binnen 6 Wochen anhero unterthänigst berichten sollen; jedoch sind unter dieser Zahl der wegen nicht habender Schutzbriefe auszuschaffen seyenden Juden die wircklich bey anderen mit Schutzbriefen versehenen Juden dienenden Schuhlmeister und Knechte nicht zu verstehen; gleichwohl sollen diese sich weder verehelichen, noch einiges Gewerb treiben; wie auch die bey ihren Eltern oder auf der Mutter Schutz stehenden Juden nicht für sich und auf ihren, sondern auf ihrer Eltern Namen und wircklichen Gewinn handeln.

quandoque Christiani, qui, cum impune in infideles se grassari posse, imo hac ipsa immanitate, quam nescio gratiam apud Deum se inire existimant, non tantum religioni nostrae mansuetissimae dedecus inferunt, sed & ipsam humanitatem gravissime offendunt. Habent isti homunciones inepte stulti Judaeos ac infideles quoslibet pro jumentis, & in illos aeque parum, quam in ista peccari nefarie autumant. *a*) Sunt & alii, quos sinistri de religione conceptus, praejudicatae opiniones & insanus quidam religionis fervor, aut furor potius, ita in Judaeorum ac infide-

a) Quanquam hominibus de plebe, rudibus & agrestibus id forte ignoscendum sit, cum ex ipsis adeo eruditis, saltem qui id nominis adfectant, non defuerint, qui Judaeos ad infimam jumentorum sortem detrudere voluisse videntur. Quae enim alia ratio movere eos potuisset, ut adsererent, in Judaeos aliosve infideles committi haud posse homicidia: aeque ac si Judaeus quispiam, & vicini mei asellus pari essent in pretio. Aut qua alia ex caussa principiove affirmarunt, stuprum a Christiano virgini judaicae illatum sodomiam esse, eodem etiam, ignis nimirum & rogi supplicio vindicandam: nisi quod putaverint, haud differre quidquam, utrum cum pecore quis, an cum Judaea se commiscuerit. Vid. JODOCUS DAMHOUDERUS *in Praxi rerum criminalium* C. 96. *n.* 28. & NICOLAUS BOERIUS *Decis.* 316. *n.* 5. ubi testatur, mercatorem Parisiensem, Joannem Alardum, ob eam rationem publice exustum esse.

lium odia accendunt, ut nihil magis in votis habeant, quam data quavis occaſione eosdem perſequi, ac, ſi fieri poſſet, eosdem una hora ſimul omnes eradicare, tum demum ſe pientiſſimos fore exiſtimantes, cum illos effecerint miſerrimos. Sed cum funeſta Saeculi XI. tempora jam dudum effluxerint, *b*) merito magiſtratus

b) Ea aetate Chriſtiani ad expeditiones cruciatas abeuntes ſuum, quo contra chriſtiani nominis hoſtes valerent, zelum in Judaeis prius experturi, Galliam & Germaniam eorum ſanguine inundarunt. Vid. laudatus RACINE *Tom. IV. p.* 391. ubi ait: *Ils s'aviſerent (les croiſés) de ſe jetter ſur les juifs, qu'ils rencontrerent dans toutes les villes, ou ils paſſoient, & d'en faire un maſſacre effroiable. Le ſang de ces malheureux couloit à Cologne, â Mayence, à Spire, à Vormes. Quand on vit approcher les Croiſés de Tréves, les juifs prirent leurs enfans, & les egorgerent eux mêmes, diſant, qu'ils aimoient mieux les envoyer dans le ſein d'Abraham, que de les expoſer aux inſultes des Chrétiens. Les femmes ſe précipitoient dans la riviere, pour éviter la fureur de ces Croiſés, qui ſe diſpoſoient à la guerre ſainte par toutes ces horreurs. Trente ans auparavant pluſieurs Chrétiens avoient eu auſſi l'étrange devotion, de faire perir les juifs; mais le Pape Alexandre II. écrivit aux Evêques de France, pour les feliciter, de ce qu'ils les avoient protégés; diſant, que c'etoit une impiété de vouloir exterminer un peuple, ſur lequel Dieu avoit des vues de miſericorde, & qu'il vouloit laiſſer vivre diſperſé par toute la terre.* Imo ſaeculo XII. monachus quidam nomine

gistratus ejusmodi zelotis, ubi quidquam in Judaeos peccaverint, manus ligant, & juxta quantitatem in-

---

nomine Rudolphus, in dictis civitatibus ad Rhenum, crucem, ut ajebant, praedicans, pro concione adfirmavit, Judaeos utpote infensissimos Christiani nominis hostes nuspiam locorum tolerandos, sed ad unum omnes enecandos atque funditus delendos esse.

Tantaene animis coelestibus irae?

Sed mascule huic monachastro se opposuit Divus BERNARDUS, Homo iste, ajebat pientissimus Abbas, non missus est ad praedicandum, nec a Deo, nec ab hominibus. Qualitas monachi, quam profitetur, non docendi Jus, sed plorandi ipsi tribuit. Ecclesia gloriosius triumphat de Judaeis, eos convertendo, quam occidendo, nec frustra orat feria sexta Dominicae passionis, ut Dominus ab ipsis auferat velamen cordis. Eadem sententia tum stetit PETRO Abbati Cluniacensi, eam crudelitatem non minus aversato. Vid. idem RACINIUS *l. c. pag.* 575. Sub eadem tempora miserrimam Judaeorum Herbipoli degentium fuisse conditionem, testatur FRISIUS apud LUDEWIGIUM in *Scriptoribus rerum Herbipol. p.* 509. Idem *p.* 599. narrat sequentia ex REINHARDI Chronico Wirceburgensi: *A.* 1298. *in die B. Appollinaris* (23. *Jul.*) *Martyris interemti sunt Judaei Herbipoli commorantes omnes utriusque sexus, nullo penitus evadente, nisi qui ad baptismi gratiam confugissent.* Porro *p.* 621. habet sequentia: in dem obberührten 1336sten Jahr uf Montag den 29. Heu-Monaths, dergleichen am folgenden Diens-

juriae datae pro suo religioso labore publicis remunerantur poenis, ut suam dediscant insaniam. Plurimos vero, quorum imbellis est animus, sola petulantia

---

stag und Mitwochen entpöret sich der gemeine Mann zu Röttingen, Aue, Mergentheim, Uffenheim, Krautheim und andern mehr Orten, und erschlugen die Juden bey ihnen. Unlängst darnach rottirten sich desselben Pöbels zusammen, und zogen mit wehrender Hand aus, in Meynung, die Juden im ganzen Land zu vertilgen und auszurotten. Sie zogen Anfangs auf Kitzingen, und wiewohl Bürgermeister und Rath sie nicht einlassen wollten, sondern die Thore vor ihnen zuschlugen, so nahmen doch die gemeinen Bürger den Bürgermeistern die Schlüssel zum Thoren mit Gewalt, und öffneten die wieder. Also rückte der unsinnig Hauff in die Stadt Kitzingen, und erschlugen alle Juden drinnen. Da solches geschehen, beschlossen sie mit einander gen Wirzburg zu ziehen, und daselbst gleichergestalt, wie sie zu Kitzingen gethan, auch zu handlen. Aber die Bürger zu Wirzburg, so ihre Juden selbst geplündert und geschätzt hatten, wollten des angeregten wütenden Hauffens zu Wirzburg nicht erwarten, sondern zogen demselben bis klein Ochsenfurt entgegen, erlegten derselben viele, fiengen 47. und führten die gen Wirzburg, die übrigen thaten sich hinweg und flohen anheim. Vid. etiam p 605. & 607. Sed hodie, sint Superis laudes! nec tales concionatores ferimus, qualis erat monstrum illud monachi Rudolphus, nec furiosae plebi in Judaeos impune grassandi, facimus potestatem.

tulantia ad vexandos atque excruciandos iſtos homines inſtigat; cui noſtrae Leges praeclara opponunt remedia. Neque iſtam petulciendi libidinem, quod ad injurias Judaeis non toleratis illatas ſpeciatim attinet, excuſare ulla ratione poteſt, quod iſti hominum foeci in territorio noſtro commorari Leges haud permittant. Nec enim inde conſequitur, quod privatis impune eos offendere protinus liceat. Si Judaei non tolerati e territorio ſint ejiciendi, aut quidquam poena dignum admiſerint, Magiſtratuum ea res eſt, non privatorum. Vid. *L. 14. C. de Judaeis. L. 6. C. de Paganis. c)*

---

c) Eo tendit Mandatum de 29 Sept. 1691. Reſcr. de 1693.* Mand. de 18. Nov. 1700. & praecipue Mand. de 28. Mart. 1692. ubi ita: Sintemahlen dem gemeinen Pöbel gar nicht zugelaſſen ſeyn ſolle, ſie Juden, ſie mögen gleich recht oder unrecht gethan haben, mit Steinen zu werfen, und mit andern Trangſalen zu verfolgen. Vid. etiam BOEHMER *loco ſaepe cit.* §. 58. BECK *l. c. C. V.* §. 6. **

* Addatur Declaratio de 28 Ian. 1700.

** Accedit Mandatum de 26 Maji 1666. ſequentis tenoris:

Demnach die geſamte Schutzverwandte Judenſchaft im Hohen Stift Wirzburg ſich beſchweret, wasgeſtalt ſie mit allerhand Schmach- und Schändworten angetaſtet, auch Steinwürfen und Schlägen allenthalben verfolget würden, daß ſie gar weder in den

Städt-

§. VIII.

Quod §. antecedente de Judaeis non toleratis atque in nostro territorio sine speciali concessione versari prohibitis adserui, illud multo magis, ex majoritate rationis circa toleratos atque in Principis protectionem

tectionem

Städten oder Dörfern, sondern auch auf der gemeinen Strasse keiner Sicherheit genießen könnten, und gleichwohl Seine Kuhrfürstl. Gnaden vermög hievoriger publicirten Mandaten ihnen Protection ertheilet, und dieselbigen in gewissen Städten und Orten in landsherrlichen Schütz bis auf erfolgende Revocation an- und aufgenommen, mit Concession und Erlaubniß, sich dessen in ihren Handthierungen laut der darüber publicirten Instruction sicherlich zu gebrauchen: als wird aus gnädigstem Befehl Seiner Kuhrfürstl. Gnaden hiemit bey 50 Rthlr. Straf verbothen, daß keiner, wer der auch sey, dieses Hohen Stifts Schutzverwandte oder auch andere durchreisende Juden weder in Häusern, noch auf der Gasse, oder offentlicher Landstrasse, unter was Schein es geschehen mögte, mit Worten oder Thätlichkeiten antasten, verfeinden, verfolgen, dazu Ursach und Anlaß geben, oder auch die Thäter in Häusern verhehlen, sondern diejenigen, so dawider handeln, und dessen überzeugt sind, von jedes Orts Beamten zu Erlegung obbenanter Straf so bald angehalten, und der es nicht zu bezahlen vermag, am Leib und Gefängniß abgestraft, dieses Decret auch sobald von jedes Orts Beamten zu männigliches Nachricht publiciret werden soll.

Adde Mandat. de 21 Iulii 1728. et 21 Febr. 1749.

tectionem receptos statui debere per sese manifestum est. Ut adeo in duplicatum incurrant crimen, qui eos aut in persona aut in bonis offendunt, injurias iisdem inferunt, synagogas vel sepulturas eorum violant, aut quidvis demum aliud agunt, in illorum damnum vel contumeliam comparatum. Nefas est enim, eum, quem Princeps in suam protectionem recepit, temere lacessere, atque hoc ipso hujus protectionis, magno quandoque pretio redemptae effectibus eundem frustrari. *a*)

a) Quid? quod si subditi suo Imperanti, Judaeos tolerare volenti, temerario ausu restituri, eosdem durissimis cruciatibus affligant, ut ita hanc tolerantiam invito etiam Principe impediant, reddantve impossibilem, id speciem quandam perduellionis referat. Id quod facile quisque fatebitur, qui criminis istius naturam attentius consideraverit, de qua vid. LEYSERUS *Med. ad ff. Spec. DLXVIII*, praecipue *Med. X. seqq. Vol. VIII. p.* 647. Sed jungantur etiam, quae habet idem *Spec. L. Med. V. Vol. I. p.* 532.

Huc pertinent Mandata de 26. Maji 1666. & 28. Mart. 1692. ubi ita disponitur: Als ergehet an alle unsere Amtleute, Keller, Verwaltere, Vögt, Schultheissen, Gericht und Gemeinde diese unsere gnädigste Verordnung, gedachten Juden nicht allein weiter keine Trangsal und Schaden zufügen zu lassen, sondern auch im Fall einige dargegen sich vergreifen würden, dieselbe nach Gestalt der Sachen gebühren-

§. IX.

Inter injurias & afflictiones, quae Judaeis inferri a Christiano possunt, maxime fere illa est, si Judaeis invitis sui liberi, vel infantes adhuc, vel in baptisma non

---

der Massen derentwegen abzustrafen; sintemahlen dem gemeinen Pöbel gar nicht zugelassen seyn solle, sie Juden, sie mögen gleich recht oder unrecht gethan haben, mit Steinen zu werfen, und mit andern Trangsalen zu verfolgen, sondern dieselbe sollen, wann sie sich strafmäsig befinden, vor Amt gefordert, die Sach examinirt, und der Excess befundenen Dingen nach gerichtlich abgestraft, und sie sonsten bey ihren Schutzbriefen geziemend manutenirt werden. Conf. Mandatum 29 Sept. 1691. Rescr. 1693. & Mand. 18. Nov. 1700 Eadem sancit Decretum Reg. de 4. Nov. 1712. Als wird hiermit und in Kraft dieses nicht nur jedermänniglichen bey Vermeydung empfindlicher hoher Bestrafung ernstlich inhibirt und verbotten, die gesammte Schutzverwandte, wie auch adeliche und andere benachbarte Juden im hohen Stifft weder mit Worten noch Wercken anzutasten, weniger mit einiger Thathandlung sich an ihnen zu vergreiffen, und sich nicht selbst Recht zu sprechen, sondern wann einer diesfalls Klag-Spruch und Forderung wider dieselbe zu machen vermeynt, gehörig anzubringen, und des Entscheids zu gewärtigen. Congrue omnino ad *L.* 14. *C. de Judaeis*, ubi HONORIUS & THEODOSIUS AA. *cum alioquin, etiam si sit aliquis,* (Judaeorum) *sceleribus implicitus,* (idem est, si quis contra Judaeum habere

non consentientes auferantur & baptizentur. Cum igitur omnis injusta Judaeorum excruciatio Legibus tum naturae, tum civilibus interdicatur, (§§. *antec.*) gravissime sane erraret, quisquis Christianorum numerum irrationabili ista methodo augere non dubitaret. Frequens id olim fuisse, ex eo colligo, quod Judaei, referente STRYCKIO in *V. M. ad tit. de Liberis exhibendis* §. 4., 12 Aug. A. 1530. speciali privilegio a CAROLO V. impetraverint: Daß man keinen der vorgenannten Juden ihre Weiber und Kinder zur Tauf tringen solle. Imo vero infidelibus suos liberos recte auferri, & invitis parentibus baptizari posse, magno argumentorum pondere demonstrare conatur UDALRICUS ZASIUS in Tr. *de Judaeorum parvulis baptizandis.* Illa vero sunt adeo lepida, ut saltem

bere se putat actionem) *idcirco tamen Judiciorum vigor Jurisque publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem.* Consentit Mand. de 13 Sept. 1742. & Decret. Reg. 21. Febr. 1749. ubi adhuc disponitur: Daß die Beamten obernannte hochstiftische und andere adeliche Schutzverwandte Juden bey ihrer erlaubten Handelschaft schützen und denenselben weder von denen Unterthanen noch Jemand andern eine Trangsaal zufügen, und sie vergewaltigen lassen sollen. = = Dafern aber Jemand mit wirklicher Thätlichkeit an den Juden sich vergreifsen würde, gegen denselben befindenden Dingen nach mit gemessener Straf verfahren.

ſaltem animi recreandi cauſſa legi mereantur. Ait a) majus eſſe vinculum matrimonii, quam patriae poteſtatis: illud vero per infidelitatem ſolvi, ergo multo magis iſtam in his, quae impedimento fidei ſunt, ſublatam dici debere. b) Interitum animae longe eſſe graviorem temporali; cum ergo ſubvenire debeamus ei, cui periculum mortis temporalis imminet, multo certe magis ſubveniendum illi, cujus anima periclitatur. c) Hominem magis eſſe Dei, quam patris naturalis; patrem ergo temporarium Deo creatori, filios ſuos in familiam ſuam vindicanti & quaſi liberali cauſſa a daemonis graviſſima ſervitute adſerenti, reniti non debere. d) Baptiſmum efficaciorem eſſe verbi divini praedicatione: ſi ergo ei ſocordia imputatur, qui illud publicare negligit, multo fortius imputandam eſſe ei, qui, cum potuit, parvulos infideles fonte ſalutis non laverit. e) Patriam poteſtatem limitatam eſſe, neque in perniciem liberorum temporariam tendere debere; multo ergo minus in aeternam. f) Judaeos ſervos eſſe, atque adeo liberos ipſis Jure aufferri. g) Patrem liberos, quos male tractat, aut ad impietatem inducit, emancipare debere. h) Non eſſe majorem Judaei in ſuos liberos poteſtatem, ac Chriſtiani: hunc autem cogi poſſe ad liberos ſuos baptiſmo offerendos, ergo & illum. i) Si patri naturali, exhiberi ſibi ſuam prolem petenti interdicto ſuccurritur, quanto magis aeterno patri,

ſuam

ſuam prolem in familiam ſuam reducere cupienti mos gerendus eſt? k) Juxta PAPINIANUM ſummam eſſe rationem, quae pro religione facit. — Belle, ſapienter, lepide, ut nihil ſupra! — Quamvis vero ZASIUS hisce argumentis Principi ſaltem Jus auſferendi liberos infidelium & reluctantibus parentibus baptizandi adſtruere videatur: tamen ſi quidquam roboris habeant ejus rationes, profecto inde conſequitur, cuivis etiam privato idem Juris competere debere, aut ipſius ineptias ego non ſatis intelligo. His certe id unicum opponendum puto, quod ſcite obſervat BOEHMERUS: Si ſemel infideles recepti ſunt in tutelam publicam, communi quoque Jure & libertate frui debent, quoad *educationem liberorum*, ſine qua *publica tutela integre* gaudere nequeunt, quin potius loco ejus maximam calamitatem & oppreſſionem ſe perpeti juſte objicere poſſint. *a*) Vid. etiam infra §. XII. not. *b*.

§. X.

---

a) Vid. Juris Eccl. Prot. *Tomus III. Lib. III. tit.* XXXIII. §. 46. *ſeqq. p.* 261. Conf. etiam Canon VIII. Concilii Nicaeni II. & ad illum VAN ESPEN *loco ſuperius relato.* ENGEL in *Colleg. J. Can. tit. de Judaeis n.* 11. — Aliud eſt omnino, ſi liberi Judaici ſponte ſe baptiſmo offerunt, utut invitis parentibus. Hoc enim caſu eos & admittendos, & contra parentum odia ſtudioſe tuendos eſſe, per ſe manifeſtum eſt. Sed alia ſupereſt quaeſtio, an tunc liberi per baptiſmum patria

poteſtate

§. X.

Quemadmodum vero Christiani non debent Judaeos impune persequi, atque offendere: ita vicissim prospiciendum est, ne Judaei, quos Christianis subjacere oportet, & ab eis pro sola humanitate foveri *Cap. 21. in f. X. de Judaeis*, his ipsis vel minimam molestiam, quae certe pro gravi piaculo non immerito foret reputanda, inferre audeant. Huc inter alia pertinet cura Imperantis, ne Judaei dies, qui sacri nobis sunt & festivi, operibus servilibus ac strepitum excitantibus, commercia exercendo, circumferendo merces, exigendo debita, ullave alia ratione

---

potestate liberentur, & num statim petere possint Legitimam, de qua vid BOEHMER *l. c. lib. III. t.* 33. §. 80. *seqq.* AUGUSTINUS A LEYSER *Med. ad ff. Vol. I. p.* 216. ENGEL *l. c. n.* 13. BERLICH. in *Conclus. pract. P. III. Concl.* 14. LAUTERBACH in *Colleg. theor. pract. tit. de inoff. test.* §. 44. Ego sentio cum LEYSERO, Judaeum quidem per sacrum lavacrum e patris sui potestate exire, cum nequeat Christianum in potestate habere, qui judaicam in superstitionem juravit: *vid. Cap.* 5. *X. de Judaeis.* Legitimam vero, cum viventis nulla sit haereditas, petere nequaquam posse. Judaeus ergo pater in bonis liberorum baptizatorum usumfructum amittit; sin vero nulla habeant bona propria, alimenta ipsis constituere, dotis etiam nomine indistincte dare tantum, quantum alias dedit, aut daturus fuisset, omnino debere. Id quod etiam usus servat.

ratione profanent, aut Christianos a cultu divino impediant, multove minus illis sua sacra tractantibus insultent aut illudant. Hinc jam olim in Concilio Aurelianensi III. c. 29. statutum: *Judaei a die Coenae Domini usque in secundam Sabbathi in Pascha, h. e. ipso quadriduo procedere inter Christianos, nec catholicis populis se ullo loco vel quacunque occasione miscere praesumant.* Et in Concilio Lateranensi IV. C. 68: *Ne diebus lamentationis & dominicae passionis in publicum prodirent.* Generaliter vero *in L. 14. C. de Jud. & Coelic.* sancitum: *Ne Judaei insolescant, elatique sui securitate quidquam praecipites in christianam reverentiam ultionis admittant. a)*

§. XI.

---

a) Rectissime ergo statuitur in Instructione Parochorum Herbipolensi de 26. Martii 1691. §. 21. Der Pfarr solle specialiter daran seyn, daß Sonn- und Feyrtäge von allen seinen Pfarr-Untergebenen (worzu Wir die Juden expresse unter des Pfarrs willkühriger Straf wollen scharf gehalten haben) nach Christlichen Gebrauch geheiliget werden. Simile quid constituitur in der Kirchen-Ordnung de A. 1693. §. 26. Weilen Wir auch mit sondern Mißfallen aus viel einkommenden Klagen vernehmen müssen, daß die in unserm Hochstifft wohnhaffte Juden mit Schächern und Wuchern, Waar umtragen, Vieh treiben, Schuld fordern und dergleichen die Sonn- und Feyertäge verunehren, und unsere Unterthanen vom Gottesdienst abhalten, als ist unser gnädigster

und

§. XI.

Atque inde etiam eſt, quod olim Jure noſtro Franconico vi Mandati de 30 Dec. 1699. omnino fuerit prohibitum, ne Judaei diebus dominicis aut feriatis de uno loco in alium commearent, ullumve oppidum aut pagum noſtri Ducatus, omnium vero minime hanc metropolim ingredi auderent. Hoc vero licet per Decretum de 21 Julii 1728. mutatum, atque liber hinc inde commeatus, ſola urbe principe excepta,

---

und ernſtlicher Befehl, daß ſolches alles ſolle abgeſtellt und abgethan, wie nicht weniger die Uebertretter mit unausbleiblicher Geld-Straf (als vor jedesmahl 2. Thaler, wovon 2. Theil der Kirchen, und ein Theil des Orts Beamten in Anſicht ſeiner hierüber fleißig zu habenden Obſicht zugewendet werden ſolle) angeſehen werden.

Multo magis ergo ab Imperante cavendum eſt, ne Judaei ulla ratione blasphemias in SERVATOREM noſtrum, vel divam ejus Matrem vel generatim in ea, quae ad religionem noſtram faciunt, evomere audeant; talia vero attentantes graviſſimis poenis coercendos, facile eſt ad intelligendum, modo ratiocinatione, ut vocant a minori ad majus uti velimus. Vid. *L.* 11. *C. h. t.* BOEHMER *ad tit. de Judaeis* §. 33. & 40. BECK *l. c Cap. II* §. 1. *ſeq.* Conf. DOEPLERUS im Schau-Platz der Leib- und Lebensſtrafen *P. I. C.* 44. CARPZOV. *in Praxi rerum crim. Q. XLV. n.* 52. *ſeqq.* ubi de poenis Judaeorum blasphemantium.

excepta, *a*) dictis diebus Judaeis fuerit concessus; *b*) eo tamen severius iisdem interdictum manet, ne

a) Passus concernens habetur in Decreto Reg. de 8. Jan. 1742. Sollen auf Sonn- und Feyertägen ohne besondere von unserm dahiesigen Oberburgermeistern erhaltene und unter denen Stadt-Thoren vorzuzeigen habende Verwilligungsschein unsere dahiesige Hauptstadt heimlich oder offentlich nicht betretten, und wann sie auch schon den Erlaubnußschein darzu erhalten, und also unter denen Stadt-Thoren eingelassen worden, gleichwohl einige Handelschafft oder Gewerbschafft dahier nicht treiben. Hodie vi Mandati * de 1. Jun. 1750. §. 7. haec concessio a Praefecto hujate Judaeorum (von dem Juden-Amtmann) fieri debet, & non aliter, quam urgentibus ex caussis; singulisque vicibus floreno redimi, nisi vocandus aut consulendus sit medicus, vel medicina exportanda; quae pecunia in usus piissimos, scilicet in sustentationem ergasterii publici (vulgo des Zucht-Hauses) impenditur. — Quoad hanc nostram metropolim etiam id speciatim est advertendum, quod nunquam Judaeo cuidam noctem in ea transigere permittatur, nisi de speciali licentia Consulis Senioris, eaque non aliter facta, quam si Judaeus necessitate negotiorum, ut de nocte hic commoretur, argumentis fide dignis ostenderit. Mand. 7. Jul. 1747. Firmatum id Mandato cit. de A. 1750.

* Adde Mand. de 27. Maji. 1750. §. 7.

b) Addita limitatione: Das Vieh aber, so die Juden auf

ne in iis locis, quae ingrediuntur, ullum exercere commercium, vel merces venales in domos deportare, aut quidquam aliud agere praesumant, quo sanctitas diei profanari, & Christianorum religiosa devotio interturbari queat, sub poena confiscationis rerum mercantilium, & insimul alia ex arbitrio Judicis determinanda juxta tenorem Mandati de 29 Dec. 1691. Quae sanctiones confirmatae fuere per Mandatum de 13 Aug. 1750. §. 7. Excipiuntur tamen ab istis constitutionibus dies illi festivi, quibus publicae in oppidis habentur nundinae, quos Marktäge appellant. His enim diebus instar aliorum mercatorum ad memoratas venire nundinas, & sua commercia, finito tamen divino cultu, exercere non prohibentur, per Rescriptum Camerale 28 Jan. 1700. Eadem porro ratione nititur saluberrima Constitutio de 30 Dec. 1699. jam ante memorata, ubi insuper cavetur, ne Judaei tempore Processionum publicarum in plateis compareant, easve obambulent, ne quid nimi-

---

auf oder von den Märken mitbringen, solle von denenselben auf Sonn- und Feyertägen durch die verschlossene Orth oder Landstädt nicht, sondern aussen herum getrieben werden; es wäre dann, daß die Noth, (jedoch ausser der vormittägigen Gottesdienst-Zeit) erforderte, selbiges in den nächst vorbey passirenden verschlossenen Orthen an vermeldten Sonn- und Feyertägen zu füttern und damit allda zu übernachten. Decret. cit. de 21. *Jul.* 1728.

nimirum irreverentius agant, & aliae ex eo turbae illos inter & Christianos concitentur. In eum denique finem Decreto de 2 Sept. 1765. cautum legimus, ut Judaei prope ecclesias aliave loca sacra domos sibi haud comparent, quod utique reverentia sacrae religioni nostrae debita non sine ratione dissuadet.

§. XII.

Praeterea quoque Imperantis est curare, ne Christiani *nimia* cum Judaeis familiaritate utantur. Eam sane antiquissima Concilia, nec sine ratione, prohibuere. Ita in Synodo Quini-Sexta seu Trullana c. XI. apud ESPENIUM *loco supra citato p.* 392. & GRATIANUM c. 13. C. 28. q. I. constitutum lego: *Ut nemo eorum, qui in sacerdotali ordine enumerantur, vel laicus ullam cum Judaeis familiaritatem ineat. Siquis autem hoc facere aggressus fuerit, siquidem sit Clericus, deponatur, si autem Laicus, segregetur.* Similia statuunt Concilium Eliberitanum A. 305. celebratum c. 50. Matisconense I. A. 581. c. 15. Epaonense A. 517. c. 15. Rationem adfert Pontifex in *Cap. VIII.* X. *de Jud. Quoniam Judaeorum mores & nostri in nullo concordant, & ipsi de facili ob continuam conversationem & assiduam familiaritatem ad suam superstitionem & perfidiam simplicium animos inclinarent.* Qua ex ratione id simul adparet, non omne cum Judaeis commercium omnemve conversationem voluisse ab Ecclesia prohiberi, sed *continuam*, sed *assiduam* &

periculosam. *a*) Ac proinde non est, cur BOEHMERUS *tit. de conversione infidelium* §. 44. conqueratur, ex his obstaculis imprudentissimis (dispositiones Conciliorum ac Pontificum, familiarem cum Judaeis consuetudinem interdicentes intelligit) conversionem infidelium impediri, & sic, quamdiu his Legibus vivitur, vix ullam ejus spem superesse. Certe quam fuerit semper, sitque hodiedum Ecclesia nostra circa conversionem Judaeorum omniumque a recta fide aberrantium sollicita, nemo ignorat: *b*) Sed cum illa circa

a) Eum in finem constitutum in Decreto Reg. 5. Mart. 1736. Demnach die zuverläßige Anzeige beschehen, was massen, in verschiedenen des allhiesigen Hochstifts Städten, Flecken, und Dörfern, wo Juden befindlich, diese nebst den Christen in einem Haus beysammen wohnen, sothane unter denselben pflegende Gemeinschafft aber zur öffentlichen Aergernuß Anlaß giebt; auch in den geistlichen Rechten verbotten ist: Als wird sämmtlichen des allhiesigen Hochstiffts Beamten hiermit ernstlich befohlen, nicht allein für das künftige keineswegs zu gestatten, daß die Juden in diejenige Häuser, wo allbereits Christen wohnen, einziehen, sondern auch, wo sich dermahlen dergleichen Gemeinschafft befinden würde, solche ohne fernern Anstand abzustellen. Consentiente Mandato de 1. Junii 1750. § 4. *

* Ubi loco posteriorum verborum legitur: Die Juden ohne ferneren Anstand ausgeschaffet werden.

b) Ita Patres Concilii Basileensis hac de re solliciti, & ut *Judaei*

circa convertendos *extraneos* ſollicitudine prudenter recteque conjungit aliam curam, ne ſcilicet nimia cum illis familiaritate (qua voce ſtudioſe utuntur ſacri Canones) proprii ſui filii pervertantur; minime vero illud commercium moderatum prohibet, quo errantes in rectum tramitem reduci & ſalutem ſuam poſ-

---

Judaei aliique infideles ad orthodoxam converterentur fidem, ſummo ſtudio adlaborantes in ſeſſione 19. c. 5. apud HARDUINUM *Tomo VIII. Concil. p.* 1190. conſtituerunt: *ut omnes Dioeceſani quosdam in litteris Divinis bene eruditos aliquot vicibus annuatim deputent in locis, ubi Judaei aut alii infideles degunt, ad praedicandum & explanandum taliter catholicae fidei veritatem, ut ipſi infideles, qui audiunt, ſuos valeant errores recognoſcere. Ad quam praedicationem ſub poenis tam commercii per fideles illis interdicendi, quam aliis ad hoc opportunis ipſos infideles cujuscunque ſexus in annis diſcretionis conſtitutos accedere compellant. Ipſi autem Dioeceſani ac praedicantes ita ſe erga illos propitios ac caritate plenos exhibeant, ut non ſolum propalatione veritatis, ſed & aliis humanis officiis ipſos* CHRISTO *lucro faciant. Chriſtianos autem cujuscunque dignitatis aut ſtatus, quomodolibet impedientes, ne Judaei ad hujusmodi praedicationem conveniant, notam fautoriae infidelitatis incurrere ipſo facto decernit.* Et revera id Romae aliisque in locis Italiae ſervari, ut Judaei ſingulis dominicis diebus Chriſtianorum inſtructionibus ſacris (der chriſtlichen Lehre) debeant intereſſe, idque ſub certa poena, teſtatur MYLER AB EHRENBACH *de Princip. & Statibus Imper.*

ſint conſequi. c) Ne dicam ipſum BOEHMERUM §. *antec.* 41. promiſcua inter fideles & infideles matrimonia

Imper. c. 60. §. 7. Inde etiam eſt, quod alibi v. g. Moguntiae ſemper aliquot juvenes Judaei in Univerſitate ſtudiis vacare debeant, quo ita Chriſtianorum de fide doctrinam exaudire, & tam propriam doceri coecitatem, quam a ſuorum oculis eam deinceps depellere, ſi Deo ita viſum fuerit, facilius poſſint. Unde patet, dari adhuc remedia ordinaria ac legitima, quibus promoveri converſio infidelium poſſit, quin ad ea deſcendamus, quae ipſis fidelibus creant periculum, quale profecto eſſet *nimia* quaedam cum Judaeis familiaritas, vel Juſtitiae aut charitati repugnant, quale foret illud, ſi Judaeis invitis liberi ſui adimerentur, & repugnantes, vel propter aetatem, quid ſecum agatur, ignorantes ad baptiſmum raperentur, de quo jam ſuperius mentionem feci.

c) Ergo nec iſta prohibitio conſuetudinis & conſortii cum gente judaica juſto latius eſt extendenda, adeo ut ſub ſpecioſo praetextu vitandae Judaeorum familiaritatis omnia ipſis humanitatis officia denegemus. Reduci huc poſſe videtur exhibitio ſervitiorum, quae chriſtianae mulieres Judaeis Sabbatho praeſtare ſolent, quaeve, quamdiu nec Lege aliqua eccleſiaſtica, nec politica prohibentur, quid *per ſeſe* mali, quid peccaminoſi contineant, ego ſane non video; quamvis nolim inficiari, ſubinde *per ſpecialia rerum adjuncta* evadere illa poſſe illicita. Vid. Reſp. JCtorum Altdorfienſium ex Jure naturali, Divino poſitivo, civili & Canonico deducentium, feminam Chriſtianam

monia damnare, ea ex ratione, quod non exiguum ſubſit periculum, ne ex tali conſortio conjux fidelis ſeducatur, & ad apoſtaſiam trahatur: ipſe ergo Vir doctiſſimus agnoſcit, *nimiam* familiaritatem nec neceſſarium eſſe, nec aptum ſatis, ſed periculo plenum infidelium convertendorum remedium. Ut quid ergo Conciliorum Sanctiones & Pontificum Decreta, non niſi familiaritatem juſto majorem damnantium, acriore calamo perſtringit?

Chriſtianam illaeſa conſcientia Judaeis Sabbatho ancillari poſſe, apud eundem, quem ſaepe excitavimus, Beckium, *p.* 168. *uſque* 186. Id vero certiſſimum eſt, illos, qui adfirmant, non oportere chriſtianas obſtetrices judaicis mulieribus parturientibus ſuccurrere, cum nulla omnino chriſtianos inter & Judaeos debeat eſſe communicatio, plane eſſe ridiculos. Quaſi vero expediret magis, miſellam ejusmodi omni deſtitutam auxilio perire, quam feminam chriſtianam profano hujusmodi labore, ut illi quidem exiſtimant, manus ſuas, pro pingui etiam mercede, contaminare; aut quaſi ii, qui non ſunt *Chriſtiani*, continuo ceſſarent eſſe *homines*. Alia omnia ſibi praeſcribi in Mandato de 11. Maji 1758. ſeu ordinatione obſtetricia, n. 2. noverint noſtrae obſtetrices; ubi ſancitur: ut ad mulieres *quascunque* parturientes, *nullo facto diſcrimine* (quod certe hac in re non poſſet non eſſe ineptiſſimum) vocatae compareant, omnique ſua arte & auxilio juvent, idque quovis tempore, diu noctuque, niſi malint gravibus poenis ſubjacere.

§. XIII.

Ceterum cum Judaei habitent inter Christianos, necessario sane loca quaedam intra parochias sita occupant, atque ita imminuunt Jura parochialia, reditusque a Christianis praestandos, si hi loca illa inhabitarent, modo quodam indirecto adimunt. Justissimum ergo est, eo nomine Ministros Ecclesiae servari indemnes, cum tolerantiam Judaeorum juxta superius tradita ea ratione oporteat esse comparatam, ut nullum omnino vel Reip. vel Ecclesiae ex ea inferatur detrimentum. Indeque patet, optima niti ratione Patrum in Concilio Lateranensi IV. 1215. congregatorum Sanctionem c. 69. factam, apud HARDUINUM *T. VII. Concil. p. 70.* Ut Judaei cogerentur *ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis & oblationibus debitis, quas a Christianis de domibus & possessionibus aliis percipere consueverant, antequam ad Judaeos quocunque titulo devenissent, ut sic Ecclesiae conserventur indemnes.* Vid. C. 18. *X. de Usuris, circa finem.* Eadem ratione nititur Concilii Viennensis A. 1267. habiti Canon XV. apud eundem HARDUINUM *l. c. p.* 584. *Adjicientes vero Judaei sacerdoti parochiali, infra cujus parochiae terminos manserint, pro eo, quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, occupant, juxta quantitatem damni, quod ei ex hoc inferunt, ad arbitrium Dioecesani loci omnes proventus, quos ex Christianis, si ibidem manerent, Sacerdos perciperet, refundere*

dere compellantur; decimas etiam praediales cum omni integritate persolvant. Apud nos quidem, ubi Judaei non solent habere agros vineasve, decimas quoque, quae ab horum possessoribus pendi debent, eos haud persolvere per sese certum est: alias tamen decimarum species, veluti den Blutzehenden, Obstzehenden, Gartenzehenden, (si forte hortos permittente Principe possideant) eosdem debere, aeque est expeditum. Et quod ad reliqua attinet, optime sancitum inveni in Instructione Parochorum Herbip. de 26. Mart. 1691. §. 15. Wo auch Juden in Unserm Hochstifft an Ort und Enden sich häuslich befinden, so sollen diejenige Unsern Pfarrern bey vornehmenden ihren jüdischen Gebräuchen, als Beschneiden, Hochzeiten und Todsfällen auf gleiche Weis die Jura Stolae erlegen, als wann an deren Statt und Personen dergleichen Wohnungen mit Christen besetzt und bewohnt, und solche gebührende Jura gereicht würden. Hodie solent Judaei annuatim quidquam veluti *per aversionem* pro Juribus Stolae Parochis offerre * nihil deinceps horum nomine exigentibus, quotquot etiam infantes judaici isto anno circumcidantur, quotve Judaei suos ad patres colligantur, & in locum suum inferantur, cet. *a*)

 §. XIV.

* Quod Mandato speciali de 18. Nov. 1695. statutum, sicque instructio Parochorum limitata fuit.

a) Vid. etiam Cap. 16. X. *de Decimis* & Capitulare CAROLI

§. XIV.

Sed id quidem fere minimum eſt ex iis oneribus, quae Judaeos premunt, & tale quidem, quod non illis ſolis proprium, ſed cum ipſis etiam Chriſtianis eſt commune. Alia in noſtro Principatu ſuperſunt, eaque & majora & ſolis Judaeis propria. Praeterquam enim, quod annuum pro gratioſa Principis protectione canonem, qui nomine des Schutzgelds indigitatur, perſolvere debeant: *a*) oportet inſuper eos I. annuam Celſiſſimo Principi offerre pecuniam pro novo anno, ut ajunt, & quam germanice das Neujahrgeld vocant. II. Sede vacante Reverendiſſimo Capi-

ROLI CALVI de A. 877. c. 31. apud BALUZIUM *Tom. II. Capit. p.* 286. Conf. inſuper BOEHMER in *Jure parochiali Sect. III. Cap. II.* §. 16. ubi & ipſe fatetur, non iniquum eſſe, Judaeos *in genere* ad talia onera adſtringere; cum ſufficiat, quod inhabitent aedes, ex quibus alias Parochus Jura ſtolae & Eccleſia parochialis ſubſidia varia ſperare poterat.

a) Cum Satrapae in exigendo a Judaeis iſto canone aliquando eſſent moroſi, atque ea ratione Judaeis partim fortuna cadentibus partim neglecta ſolutione aufugientibus creberrima ejus fieret jactura, Decretum fuit 12. Mart. 1731. ut impoſterum memoratus canon adcuratius & ſeverius, adhibita executione reali, exigeretur, & hac non proficiente Judaei negligentes & refractarii ipſa protectione Principali & tolerantia privarentur.

Capitulo certam exhibere ſummam, quae nomine der Interregnum-Gelder indigitatur. III. Singulare adhuc onus eſt, quod quondam conſiſtebat in der Haltung der Klepper, cujusque hodiedum quaedam ſuperſunt reliquiae. Notum eſt, Principes noſtros olim in hujate arce reſediſſe, ibique etiam Regiminis principalis ſedem poſitam fuiſſe; unde evenit, ut Judaei Conſiliariis & Miniſtris principalibus in eam arcem ſe conferentibus equos viatorios (Reitklepper) debuerint ſubminiſtrare. Hodie quidem ceſſat iſta ratio, proindeque & equorum conſueta antiquitus ſubminiſtratio: ſed in locum hujus oneris ſucceſſit paulo aliud. Hodie nimirum cum fit delectus equorum aulae Principis inſervientium, iique, quos provecta aetas aut defectus aliquis ad hoc ſervitium reddit ineptos, ex equili proſcribuntur; horum tres fieri claſſes ſolent, quorum ſuprema equos continet quindecim Thaleris, media decem, infima quinque conſtitutos: & ita deinde venum exponuntur. Quodſi tunc unus alterve equorum iſtorum emptorem pro eo pretio haud inveniat, illum illosve, quotquot ſunt, pro conſtituto pretio emere ſibique habere Judaei tenentur; quod ipſis ſaepenumero haud eſſe gratiſſimum, quisque facile intelliget. *b*)

§. XV.

b) Huc porro refero inſigne illud onus, quod de funeribus ſuis alium in locum deductis, ſi forte propria, ubi habitant,

§. XV.

Ad jura mulierum judaearum perſonas concernentia quod ſpeciatim attinet, paucis hic diſcutiendum videtur, utrum illis privilegium dotis a Justiniano uxoribus conceſſum, aeque ac Chriſtianis, competat, utrumne hac in re chriſtianas inter ac judaeas mulieres ſtatuenda ſit diverſitas. Equidem ſunt & numero non pauci & authoritate illuſtres JCti, qui adſerunt, privilegium praelationis dotis, quo mulieres chriſtianae a laudato Imperatore ornatae fuere, de Jure communi ad mulieres etiam judaicas dubio

habitant, ſepultura deſtituantur, ſat grave vectigal pendere debeant. Porro hunc ipſum locum, quo mortuos ſuos inferunt, multis in locis annuo canone & penſione pro numero funerum redimere coguntur. — De operis hic quaeri poſſet, an illarum praeſtandarum obligatio etiam Judaeis incumbat? (ob die Juden Frohndienſten zu leiſten ſchuldig ſeynd?) Et ſi ita, qualesnam praeſtare debeant? an manuarias tantum, vel eas etiam, quae jumentis fiunt. (Hand- oder Fuhr- Frohn- Dienſten?) ℞. Hac in re ſpectanda eſt obſervantia, & num Judaei ſtatim ab initio & ex eo tempore, quo quemque in locum recepti fuere, ibidem etiam hujusmodi operas praeſtiterint; tunc enim & impoſterum, & in eadem quoque ſpecie recte iisdem imperantur. Quam variae autem operarum claſſes in Franconia noſtra occurrant, docet Clariſſ. D. Praeses in *Elem. J. F.* §. *LVII.*

dubio omni remoto esse extendendum. *a*) Sed neque eorum praeclara nomina, neque rationes, quas in medium proferunt, me adhuc movere poterant, ut in illorum irem sententiam. Rationes vero ita sentientium hae sunt potissimum: a) quod Judaeorum matrimonium saltem civiliter sit legitimum, inde vero consequi, quod etiam privilegia matrimonii ipsis non sint deneganda. b) Quod Judaei gaudeant Jure Romano, ubi tolerantur; privilegiorum etiam sint capaces, imo, in favorabilibus praecipue, sub statutis & constitutionibus generatim de civibus & subditis disponentibus comprehendantur: non esse igitur rationem, cur hoc privilegio praelationis quoad dotem sint destituendae eorum uxores. c) Nullam prostare legem, qua istud beneficium uxoribus Judaeorum expresse adimatur: id enim nequaquam fieri in Novella CIX. cum haec de solis haereticis disponat; hanc ergo sanctionem, cum in odiosis ac poenalibus versetur, ultra verborum nativam significationem extendi haud oportere. Constare etiam, Imperatorias sanctiones plerumque graviora in haereticos, quam in Judaeos ac infideles constituisse, & hos sae-

---

a) BOEHMER in *J. E. P. Tom. IV. p.* 889. STRYCK. in *V. M. Lib. XLII. tit. V.* §. 5. LUDOVICI in *Doctrina Pandectarum L. L. tit. I.* §. 6. BECKIUS *Cap. VII.* §. 22. & ibi JCti Altdorfenses in Responsis, nec non *Cap. XIV.* §. 4. aliique plures, qui dissentiunt.

ſaepiſſime multo, quam illos, indulgentius fuiſſe habitos; cujus rei veritas in Codice noſtro vel parum verſatis, & ſolos ſaltem illius titulos, qui de *Judaeis* & de *haereticis* inſcribuntur, inter ſe attente conferentibus non poſſit non eſſe manifeſtiſſima. Haec ſunt potiſſima, pro ſtabilienda iſta ſententia, argumenta, ſed ita comparata, ut facili negotio refelli & confutari queant. Equidem ut faciam cum Cardinali TUSCHIO *Lib. I. Concluſ. 371. n. 61.* adſerente, contra Judaeos praeferendum ſemper eſſe Juris rigorem aequitati, tantum abeſt, ut potius hanc ipſam opinionem inferius ſim rejecturus: Sed alia ſuperſunt, quae mihi perſuadent firmiſſime, uxoribus judaicis privilegium praelationis dotis propitio Jure vindicari haud poſſe, quod unico fere argumento demonſtratum eo. Privilegia ſunt vulnera Legum, & ideo ultra intentionem Legislatoris, privilegia concedentis, haud extendenda, nec aliis tribuenda perſonis, quam quibus ea concedere Legislator voluit: & id quidem tam certum eſt, ut neminem me habiturum eſſe contradicentem credam. Id vero praecipue tunc ſtatuendum, cum privilegia adeo ſunt exorbitantia, ut quidem illud, de quo nunc diſceptamus. Nam *multum profecto*, ait AUGUSTINUS LEYSERUS *Medit. ad Pandectas Vol. I. Spec. XIII. m. 2. iniquitatis habere videtur hoc privilegium*, & *injuſtitiam continere*, *quae vix excuſari poſſit. Igitur non male fe-*

ciſſe

cisse puto JCtos, qui nimium hunc aliisque injurium feminarum favorem usu Fori restrinxerunt, & duritiem Legis emollierunt &c. Eadem sentit FABER in *Codice L. VII. tit. 34 def. 3.* Unde & LEYSERUS loc. cit. existimat, JUSTINIANUM amore suae uxoris, ut multa alia, hoc ipsum constituisse. Quidquid sit, LEYSERI & FABRI sententiam meam quidem ex integro non facio, id tamen adfirmare nullus dubito, privilegium hoc fere enorme esse, ac pertinere inter Extravagantia, eoque majorem adesse rationem, ut nemini illud, nisi cui Imperator expresse id indulsit, concedamus. Atqui vero Imperator uxoribus judaicis id non indulsit. Primo quidem hoc privilegium dedit in *L. 30. C. de Jure dotium*, *L. 12. C. Qui potiores in pignore*, *Nov. 97. c. 4.*; harum vero Legum suarum authenticam interpretationem dein dedit in *Nov. CIX.* & ad quasnam personas eas vellet Leges & memoratum privilegium pertinere, non obscure declaravit, cui declarationi utique, remota omni cavillatione aut disputatione inutili, standum erit. Ipsa Novellae verba, quoniam argumenti mei vim omnem continent, hic juvabit adjungere. Ait vero ibi Imperator Cap. I.: „Quia enim dedimus privilegium „mulieribus dotium, ut etiam prioribus creditoribus praeponantur, & meliorem ordinem eas habere, & nec a tempore superatas: in donationibus autem propter nuptias secundum tempora, per

„quae

„ quae fiunt, hypothecas habere, *omnibus in prae-* „ *ſenti facimus manifeſtum per hanc ſacram noſtram* „ *Legem; quia & hoc privilegium* & tacitas hypothe- „ cas, & omnia alia, quae mulieribus omnibus in „ diverſis privilegiis a noſtris Legibus data ſunt, „ *illis damus ſolis*, quatenus his fruantur & utantur, „ & quae diligentiam habent rectam, & *adorandam* „ *noſtram fidem tenere* (Catholicae dicimus & Apo- „ ſtolicae Eccleſiae) *& participare in ejus ſalutari com-* „ *munione*. Quae enim ſeparant ſe a ſancta Dei Ca- „ tholica & Apoſtolica Eccleſia, & ſacroſanctam in „ ea communionem percipere non patiuntur a Deo „ amabilibus Sacerdotibus, nolumus omnino talibus „ frui privilegiis. Si enim ſe ſeparant a Dei mune- „ ribus, & a ſacra communione alienas faciunt; „ multo potius & nos non eas dignas fieri privilegiis, „ neque ex noſtris Legibus frui permittimus con- „ tinentia: ſed ſint eis inaggreſſibilia omnino ex „ Legibus beneficia: & omni privilegio ex noſtris „ conſtitutionibus eis dato privabuntur.„ Et in Capite II. addit ſequentia: „ Unde competens eſt, „ & Judices, apud quos aliquae movebuntur contra „ mulieres cauſſae, aut a mulieribus quaedam privi- „ legia ſibi vindicare volentibus, reſpicere ad prae- „ ſentis noſtrae Legis ſubtilitatem: *& ſi non invene-* „ *rint, eas orthodoxae fidei exiſtentes*, & percipientes „ ſacroſanctam & adorabilem communionem in

ſan-

„ ſanctiſſima Catholica Eccleſia & Apoſtolica a ve-
„ nerandiſſimis ejus Sacerdotibus, *non permittere*
„ *frui ex noſtris Conſtitutionibus privilegiis.* „ Quis vero dicet, his attente perlectis, JUSTINIANUM mulieribus judaicis privilegium praelationis dotis dare voluiſſe in iſta ſua Conſtitutione? Et tamen, cum Lex iſta, uti ex ipſis verbis a me relatis ſatis conſtat, authentica ſit interpretatio, cuinam id privilegii competat; nemini certe alteri id adſeri poteſt, quam cui a Legislatore hic loci fuit conceſſum. Ut adeo vel concedere debeamus, id privilegium ad mulieres judaicas haud pertinere, vel adſerere, *eas tenere adorandam noſtram fidem*, *participare in ſalutari Eccleſiae communione*, *orthodoxae exiſtere fidei*, & quae ſunt ſimiles JUSTINIANI in iſta Novella expreſſiones, quas certe nemo judaicis mulieribus tribuet, niſi qui forte helleboro habet opus. Ex his vero, quae hactenus attuli, recenſita a me ſuperius argumenta in contrarium, per ſeſe concidunt: praecipue vero ultimum, quod in eo conſiſtit, nullam proſtare Legem, id privilegium Judaeis adimentem. Nec enim quaeritur hic, an JUSTINIANUS illud Judaeis unquam ademerit, ſed id ante omnia videndum, an dederit unquam. Noluiſſe vero JUSTINIANUM, ut Juris ſaepe memorati Judaeae etiam fierent participes, ex ipſa Novella, in qua voluntatem ſuam hac ſuper re, quaenam mulieres memorato Legis beneficio gaudere debeant, explanare ſibi habuit propoſi-

 tum,

tum, sufficienter adparet. Unde concludo cum PUFFENDORFIO *Observ. Juris univ.* 208 *p* 533: „ Cur receptio, quam D. BOEHMERUS in Differt. „ de Tolerant. Relig. effect. civ. C. II. §. 38. minus „ plenam, imperfectam, limitatam, & gratiosam „ vocat, privilegium, quod *solis mulieribus christia-* „ *nis orthodoxis* datum est, judaicis tribuat? Sane id „ ex tolerantia illa minime convincitur, utpote quae „ Judaeis securitatem duntaxat publicam, & limi- „ tatam commerciorum facultatem dat? „ Et cum CRAMERO *in den Wetzlarischen Nebenstunden III. Theil. IV. Stück.* §. *4. p. 94. seqq.*: ist nun solches Privilegium dotis denen christlichen Weibern allein concedirt, so kan sich keine Judenfrau dergleichen gegen einen Christen bedienen.

§. XVI.

Et ita omnino se res habet in nostra Franconia; hic enim Mandato de 4 Maji 1722. dispositum habemus, ut mulieres judaicae, cum suis maritis in communione bonorum constitutae, *sive earum consensu contracta fuerint nomina*, *sive iis insciis aut invitis*, praelationis Jure non tantum non gaudeant, *a*) sed ut

---

a) Sed etsi istam Constitutionem penitus seponamus, tamen indubium manet, mulieres judaicas apud nos jure isto praelationis perfrui haud posse, cum propter com-

ut illarum etiam illata, aeque ac bona mariti excusſioni ſeu ceſſioni bonorum ſubjiciantur, ac ex utrisque contracta debita ſolvantur, & creditoribus fiat ſatis. Neu vero quis hujus Conſtitutionis ignorantiam praetendere poſſit, ibidem ſancitum, ut iſtam Conſtitutionem Satrapae ſinguli Judaeis in ſuo diſtrictu habitantibus confeſtim promulgent, ac deinceps ſingulis ſex menſibus: utque Judaeis impoſterum in protectionem recipiendis illa a limine ſui ingreſſus notificetur.

§. XVII.

Paulatim ad tractationem de rebus ac bonis Judaeorum, & variis circa illa Juribus devolvor. Jure communi certum eſt, Judaeos bona immobilia adquirere haud prohiberi, ceu ſufficienter conſtat ex *Cap. 2. X. h. t. & Cap. 16. X. de Decimis.* Sed aliter paſſim ſervatur hodie. Nam teſte BODINO *de Republ. Lib. III. Cap. VII. p. 537.* Judaeis fere nuſquam

 terrarum

commercium viris ſuis permiſſum, quodammodo pro mercatricibus habeantur: has vero memorato juris beneficio non gaudere, nemini poſſit eſſe incognitum. Vid. Ordin. Prov. *P. III. tit. CIV.* §. 6.* Conf. BECK *p.* 123. Imo licet & haec ratio ceſſaret, & conditio in Mand. adpoſita: daß ſie mit ihren Männern verserbt ſeyn, pariter abeſſet, non dubito tamen, ex rationibus §. *antec.* adlatis, praelationem dotis judaicis uxoribus haud concedendam fore.

* Confer. Mand. de 22. Jul. 1777. §. 11 — 14. ubi cit. §. 6. Ordinationis confirmatur, et explicatur.

terrarum immobilia poſſidere licet; quod vel inde eſſe videtur, quia nemo immobilia adquirere poteſt, niſi ſimul Jus civitatis impetraverit: ad quod Judaei haud admittuntur, ceu ſupra jam obſervavi. In noſtro tamen Principatu Judaeis integrum eſt, aedes, ſubinde ſatis commodas & ſpatioſas poſſidere, modo conſenſum Principis deſuper impetraverint. Hoc enim deficiente omnes contractus Judaeorum de bonis immobilibus ſive emendis, ſive conducendis, vel in perpetuum, vel ad tempus, aliove modo poſſidendis, ſive de Jure pignoris aut hypothecae in iis adquirendo, *a*) nulli ſunt & invalidi. Unde Decreto de 20. Jan. 1717. & Mandato de 1. Jun. 1750. Praefectis provincialibus injunctum, ut de ſingulis ejusmodi contractibus ad hujas principale Regimen referatur, indeque aut ratificatio aut alia deſuper diſpoſitio expectetur: item ut inquirat, an Judaei bona immobilia

poſſidentes

a) Quod ad Conſtitutionem, ne Judaei in bonis immobilibus ſine Principis adſenſu Jus hypothecae obtineant, fatendum eſt, hic praxin a theoria longiſſime recedere. Ubique enim, etiamſi conceſſio illa Principis haud acceſſerit, hypothecae ejusmodi tam judiciales, quam extra judicium conſtitutae pro validis ac legitimis in tribunalibus noſtris agnoſcuntur. Quamvis quoad hypothecas judiciales praxis cum theoria quodammodo combinari adhuc poſſet, quod ipſa Judicii authoritas defectum conſenſus *Principalis* quadam ratione ſupplere videatur.

possidentes necessariam Celsissimi concessionem desuper impetraverint, quae tum in originali est producenda; praecipue vero attendant ad contractus locationis conductionis, videantque, num illi revera non sint palliatae emptiones; experientia docente, quod Judaei summam pecuniae, verum domus conductae pretium longe exsuperantem locatoribus soleant dare mutuam, variis adnexis conditionibus, ut ita in possessionem aedium irrepentes, elapso plurium annorum spatio ipsam sibi proprietatem vindicare possint. De quibus omnibus Satraparum est, sedulo invigilare, atque ad Regimen principale desuper referre.

§. XVIII.

Imo licet Judaei accedente Principis gratiosa concessione aedes quasdam emptione in se transtulerint, tamen vi Mandati de 1. Jun. 1750. Christianis in perpetua tempora reservata erat, ejusmodi domum, etsi a Judaeo venum haud expositam, illove etiam alienationem haud intendente, quovis momento retrahendi potestas, reddito, quo ipse Judaeus illas aedes comparaverat, pretio, & impensis necessariis atque cum praescitu Satrapae interim factis. Sed per Mand. de 13. Aug. eodem Anno tales huic Juri retractus positi fuere limites, ut illud, in quantum ad aedes a Judaeis A. 1709. quondam, & hodiedum possessis locum non haberet, usque ad evenientem alienationis casum, quo, uti & intuitu omnium alio-

rum bonorum immobilium generatim, Jus memoratum Christianis integrum est, ita tamen, ut Satrapae attendant, ne ejusmodi retractus ex studiosa petulantia, & ad gravandos tantum Judaeos suscipiantur, hisque alia in eo loco habitatio procuretur; impensae vero, etiam utiles, quas medio tempore se fecisse demonstrare possunt, iisdem reddantur, quod ultimum pro praeterito duntaxat intelligendum esse, ipsum Mandatum clare determinat, illo de 1. Jun. pro casibus futuris suo in vigore permanente, ita ut impensae tantum necessariae & *consentiente Satrapa* faciendae refundantur. Cum vero istae nunc memoratae conditiones non ita, prout oportuit, hisce in casibus observarentur, atque ita Judaei concessae sibi protectionis effectibus frustrarentur, Celsissimus Princeps, modo gloriosissime imperans, Decreto de 2. Sept. 1765 Jus illud retractus certis in casibus plene sustulit, in aliis arctius limitavit, ac sapientissime constituit: I. Usque ad futuram venditionem memorato Juri haud subjacere illas aedes, quas Judaei Anno 1709., hac in re veluti *decretorio* possederunt; uti & sequentibus casibus Jus illud retractus locum non obtinere, si quas Judaei aedes in subhastatione publica rerum ad minores pertinentium, impetrato desuper principali consensu, sibi compararunt, nec non siquas Judaei filius filiave aut nepos ex testamento paterno aut per successionem ab intestato consequatur, cum

defunctus

defunctus tribus annis a tempore promulgatae hujus Constitutionis eas consentiente Principe possederit: aut cum vice versa simili ratione pater a descendente praemortuo eas habebit relictas; similiter si quas Judaeus elapso hoc triennio filio filiaeve aut nepoti dabit in dotem. II. Quas aedes Judaei contractu privato extra publicam subhastationem, consentiente etiam Principe, hucusque post Annum 1709. adquisivere, aut adquirent imposterum, vel quas Judaei inter se, aut Christianus cum Judaeo, permutant: non minus quas Judaei suis agnatis a se non descendentibus testamento relinquunt, vel his, aut plane extraneo, in dotem dant; aut quas a Christiano Judaeove, etiam cum Principis concessione in solutum accipiunt: in iis Jus retrahendi Christianis non nisi ad tres annos conceditur. Tres isti anni in casu, quo Judaeus Judaeo suas aedes cum vel sine gravamine donaret, a die mortis donatoris computantur: in casu vero, quo Judaeus habito principali consensu locum sibi comparat, eique novas superstruit aedes, a die loci empti. *a*)

---

a) Hoc casu statuitur, sumptus in aedificationem impensos Satrapae insinuari, specificari & demonstrari debere: uti & omnibus iis casibus, quibus Jus retrahendi Christianis triennio relinquitur, Judaeis prohibitum est, ne quas in domum impensas, nisi plane necessarias, & nec has quidem sine consensu Satrapae faciant: alioquin

III. Contra ea, aedes, quas Judaei ante vel poſt A. 1709. & hucuſque poſſederunt, deficiente tamen Principis adſenſu, in perpetuum huic Juri retractus manent expoſitae. — Generatim vero ibidem conſtitutum, ne Chriſtiani Jure retractus ita determinato ex petulantia, malitia, vel in ſtudioſum gravamen Judaeorum publica tolerantia ac receptione gaudentium abutantur, utque caſu, quo Jus iſtud fuit exercitum, alia in eo loco habitatio Judaeo procuretur. *b*)

§. XIX.

---

quin extante caſu retractus harum impenſarum nomine nihil omnino conſecuturi. — Porro generatim notari velim, tempus illud, ad quod Jus retractus Chriſtianis in aedibus judaicis competens hodie eſt reſtrictum, non currere Chriſtianis, niſi a die notitiae; cum alioquin Judaei, qua ſolent ſuis in rebus ac negotiis eſſe aſtutia, facile poſſent omnia celare, & variis involvere palliamentis, ac demum, tempore elapſo, aedium hujusmodi proprietatem in fraudem Legis ſibi vindicare, id quod menti Legislatoris adverſatur.

b) Denique illud & intuitu aedium ad Judaeos ſpectantium eſt advertendum, quod iis impoſita ſoleat eſſe ſervitus *non aperiendi feneſtras in plateam.* Nimirum proſpectum in publicum aperitione feneſtrarum ſibi procurare, regulariter nemo prohibetur: BOEHMER *Introd. in Dig. Lib. VIII. tit. II.* §. 8. Sed ſi Judaeus tales forte aedes ſibi comparaverit, in quibus nullae ſunt verſus plateam feneſtrae, ſed ſolummodo in ſuam forte,

§. XIX.

Quamuis Creditor Chirographo et pignore munitus paratam habeat contra debitorem executionem, imo si clausulas executiuas contineat instrumentum, mandatis sine clausula nulla praeuia liquidatione locus sit; hoc tamen Iudaeis Norimbergae querelam mouentibus haud conceditur; ibi enim *f*) prius citatio contra

f) Vi reformationis de 1522. Lege 5.

contra debitorem decernitur, et si debitor contumax sit etiam in comparendo, non aliter executio, die Vollung, Iure antiquo etiam nostrate, vel die Anleitung, nec prius decernitur, quam si Iudaeus solenniter iurauerit, summam debitam solam esse Sortem, sine vsuris, agio, augmento: et se ratione huius Sortis nullum aliud, quam denominatum pignus detinere, neque illud alio quam Sortis titulo obtinuisse.

SINGVLARE V.

Ratione onerum (munerum onerosorum Romani appellant) Iudaei prae reliquis subditis durius habentur: sic in ciuitatibus imperialibus praeter ordinaria et extraordinaria Magistratui exsoluenda Caesari regulariter aurum coronorarium, das Kronengold, teste LOCHNERO et HOFMANNO g), quot annis festo Natiuitatis dominicae oblationem, den Opferpfenning, soluere tenentur.

Notorium praeterea est, quod quaelibet Synagoga cuilibet Nuncio Camerae Imperialis transeunti, si pedestris sit, sex, si vero equestris sit, decem crucigeros praestare debeat.

Quae

g) Diss. de reseruato Imp. exigendi coron. a Iudaeis & Diss. de Imperat. Aduocat. Iudae. nec non teste AYRERO in Diss. de Iure recipiendi Iudaeos p. 75. Vi Rescripti Caesarei de anno 1721.

Quae in Franconia iis iniuncta ſint, Diſſertatio exhibet; in Moguntina autem Ciuitate eorum conditio a Clariſſimo HURIX b) ſic deſcribitur:

„ Moguntiae quilibet Iudaeus quot annis prae-
„ ter Steuras ordinarias et extraordinarias ſoluere
„ debet pro conſeruandis literis protectionis ad Came-
„ ram Electoralem 24 Florenos, et Magiſtro quae-
„ ſtorii, dem Renthmeiſter, imperialem; praeterea
„ Communitas Iudaeorum feſto S Martini 15 anſeres
„ Praelatis metropolitani Capituli et DD Miniſtris
„ Electoralibus, tempore quadrageſimae Ordini Fran-
„ ciſcanorum, Capucinorum, et Ieſuitarum piſces,
„ hebdoma ſancta Rectori Vniuerſitatis Magnifico
„ Lucium, ſeu vice eius florenum aureum, et, vt
„ taceamus eleemoſynas pro ſtudioſis ad Collegium
„ S. J. et ad prochotrophium ex obligatione perfecta
„ ſoluendas: ratione Synagogae Reuerendiſſimo Ca-
„ pitulo Metropolitano 52 flor. 10 crucigeros, et
„ ratione cuiuslibet domus Archipresbytero aureum
„ praeſtare debent. Denique quando Iudaeus mo-
„ ritur, ſi eſt nuptus, 1. fl. 48 crucigeri, ſi eſt in-
„ nuptus, 54 crucigeri quaeſtorio exſoluuntur.
„ Praeterea pecunias campanarias in 27 fl. conſiſten-
„ tes, ſicut et 24 florenos pro Iuribus circumciſio-

b) In Diſſ. de ſtatou Iudaeorum hodiern.

„ nis ad Parochiam S. Emmerani quot annis dare
„ obligantur. Cuius ratio forte e Concilio Vien-
„ nensi *i*) desumi potest. Breuiter Iudaei tantas
„ praestationes passim ferre debent, vt iisdem dam-
„ num per eorum tolerantiam Christianis metuen-
„ dum compensari videatur. „

SINGVLARE VI.

Liceat mihi et hic consuetudinem aliquam in huiate territorio non ita pridem vsualem modo sublatam coronidis loco subiungere, simulque aliquam speciem census iudaici valde singularem referre.

In Ciuitate Laudana Iudaei postea exturbati hoc odium in se contraxere, vt, licet literis licentialibus a Camera sint muniti, attamen si Marchiam tantum ingrediantur, vel transeant, primo ciui Laudano obuianti crucigerum exsoluere tenebantur; ne autem ab alio insequente denuo interpellantur, primus exactor Iudaei pileo nomen suum inscripsit, quo viso

i) De anno 1267. c. 15. „ Vt Iudaei Sacerdoti parochiali, „ infra cuius parochiae terminos manserint, pro eo, „ quod loca, in quibus Christiani habitare deberent, „ occupant, iuxta quantitatem damni, quod ei ex hoc „ inferunt, ad arbitrium Dioecesani loci, omnes pro- „ uentus, quos ex Christianis, si ibidem manerent, „ Sacerdos perciperet, refundere compellantur. „

viſo alter a petitione deſiſtebat, Iudaeusque liber proceſſit.

Conſuetudo eo irrationabilior, quo certius eſt, eam non tantum plurimis rixis anſam dediſſe, ſed et ciues ſingulos quaſi in cenſuum Magiſtros eleuaſſe. Cui et accedit, quod faex Ciuium eiusmodi ſordido lucro ita inhiarit, vt ſpeculatorum inſtar vias obſtruentes, graſſatorum more Iudaeos aggreſſi ſint, ſaepeque ob inſolentiam eiusmodi Executorum, et ſuperuenientibus plures eiusmodi crucigeros ad redimendam vexam, ſi non ſponte ſaltem quaſi coacte exſoluerint.

Pars II.

Singularia quaedam circa Iudaeos protuli, quae eorum externum ad ciues habitum concernunt, iam ad ea, quae eorum Iura inter ſe ſpectant, et Statum potiſſimum coniugalem ac Succeſſionem conſiderabo.

Meminit Auctor Diſſ. de Iuribus Iudaeorum *k*) Inſtrumenti, quod *Staer* appellant, cumque mihi tale ad manus ſit, id paucis percurram, notabilioraque ex eo deſumam.

k) §. 20.

SINGVLARE VII.

a) Instrumentis Inuocationem Nominis Diuini praemittendam esse, res est Iure et praxi quotidiana notissima. Aliter se res habet in Instrumentis dotalibus Iudaeorum, vbi illius loco votum aliquod solenne praeponunt: Verba sunt in instrumento praefato:

Gut Glück soll prozen und aufgehen, als ein gewässerter Garten ganz hoch!

b) Christiani datum, Romani diem, et Consulem vocabant, addunt suis Instrumentis, et pro aera assumunt annos Saluatoris, nomenque ac menses Calendarii Iuliani, modo Gregoriani et nouissime electi communis; Iudaei econtra annos numerant ab orbe condito, mensesque lunares apponunt.

Am Freytag den 10ten Chevot 5504. Nach der Beschaffung der Welt. Nach der Zahl wie wir zählen.*

c) In pactis nostris dotalibus de casu inter coniuges exoriundae fors rixae vel nihil, vel rarissime mentio fit: in pactis autem dotalibus Iudaeorum casus communiter inseritur, si maritus vxorem male tractet. Occurrunt sequentia:

Wenn, wo Gott vor seye, bedachter Wolf an seiner Ehefrau Breinle was thun sollte, solches was nicht zu

* Est is 9. Ian. 1742.

zu gedulten wäre, und müste darüber zu richterlichen Klagen gelangen, so muß er an ihr sofort 10 Fl. zu Alimentation geben, und damit so alle Monat continuiren, so lange der Hader dauret, wie auch alle ihre Kleider und Zierung, was an ihren Leibe gehöret, mithin aber soll er nach ihren Verlangen in Zeit von 14 Tagen zu jüdischen Rabiner, oder jeder einer soll sich einen Deputirten erwählen, und ihre Klage vorbringen, wordurch der Zanck gestillet werden solle. Und wann die Sache wieder verglichen ist, so muß die Frau Breinle wieder in ihren Manns Hauß kehren, und alles, was sie annoch in ihre Handen hat, an Geld und Kleider und Zierung auf erstere Stelle wenden.

SINGVLARE VIII.

Pactis Dotalibus Christianorum Dos et Donatio propter nuptias, germanica aequalitatem, quidem haud desiderant, neque tamen, quaenam altera maior sit, determinatum est; apud Recutitos vero, ita Iudaeos a circumcisione quidam appellant, id est Beschnittene, regulariter donatio propter nuptias plus est, quam dos, ita vt Semissis dotis addatur, id est vt doti 100 Flor. Rhen. opponatur contra dos 150 Flor., et hoc augmentum vocant die Verbesserung, sic et ea, quae vxor praeter dotem apportat, denominant Legaten, nos paraphernalia, vel receptitia dicimus.

SINGVLARE IX.

Nos quantitatem, in qua ſibi coniuges ſuccedunt, generaliter determinamus, non poſita aliqua differentia temporis, quo vnus alteri praemoritur: Apud Iudaeos tempus mortis, an intra 1. 2. vel poſt 3. annos a die nuptiarum moriatur, attendunt, et quo diutius in matrimonio vixit, eo maior etiam ei ſumma debetur, deductis tamen morbi et funeris expenſis, quas die ordinarie Köſten appellant. Quodſi vero ambo coniuges per triennium cohabitarint, tunc fit ſucceſſio iuxta Iura Sinai.

So wendet ſich das Recht zum Sinai.

Qualia autem haec ſint Iura, optime explicat deſuper confectum reſponſum Rabini Superioris Fuldenſis et pro norma a Iudicio Camerali *l*) aſſumtum ſequentis tenoris:

Nach dieſem Erbrecht der Tora erbt der Mann die Frau gleich nach der Hochzeit allein, mit gänzlicher Ausſchließung deren Kinder allein. Aber nach den jüdiſchen Ceremonien und Verordnung der Städten Mainz, Speyer und Worms iſt es alſo verordiniret, daß, wann einer eine Jungfrau heyrathet, und keine lebhafte Kinder mit ihr hat, ſo muß der Mann, wann die Frau im erſten

l) Teſte CRAMERO Nebenſt. 96 Theil, 3 Abhl.

ersten Jahr nach der Hochzeit stirbt, alles, was die Frau zugebracht, ihr Vater, oder sonst ihr Erben wieder zurückgeben, nach Abzug der gewöhnlichen Unkosten. Und wann die Frau im andern Jahr nach der Hochzeit stirbt, muß der Mann dero Erben die Hälfte von ihr Zugebrachtes wieder geben, nach Abzug der gewöhnlichen Kösten. Nach Verfliessung 2 Jahr nach der Hochzeit, wenn er auch keine lebhafte Kinder mit ihr hat, oder auch in die erste 2 Jahr nach der Hochzeit, wenn der Mann lebhafte Kinder mit ihr hat, erbt der Mann allein, mit gänzlicher Ausschließung der Kinder, gleich auch um alle Streitigkeiten zu vermeiden, wird solches in alle jüdische Ehepacten ausdrücklich verconditionirt, und wann auch nichts verconditioniret ist, hat es dabey sein Verbleiben, wann keine andere ausdrückliche Conditionen in die Ehepakt verconditioniret seyen. Heyrathet einer aber eine Wittib, und nichts ausdrückliches in die Ehepakten, wie es bey ein Sterbfall solle gehalten werden, verconditioniret ist, erbt den Mann die Frau gleich nach der Hochzeit allein, mit gänzlicher Ausschließung der Kinder, wann die Frau sich mit keiner Stores versehen hat.

His Singularibus aliquod adhuc fanaticum addere lubet, quo Iudaei inculpantur, eis licere agonizantes morte violenta perimere, vnde eum ad hoc constitutum, den Würger appellat vulgus, traduntque

que non omnes ex omni tribu, ſed tantum eos ex tribu Nephtali, ſic e vita tolli poſſe.

Sed cum partim hoc Legi eorum expreſſe de non occidendo repugnet, partim incredibile ſit, eos in ſuos confratres talem exercere lanienam, partim etiam ſolidis rerum et experientiae argumentis deſtituatur, deque eo etiam conuerſi in libris ſuis taceant, imo et inquiſitiones deſuper inſtitutae, vti ante 4 annos in vicinia contigit, ſolidis careant indiciis, hinc eiusmodi opiniones, donec melioris conuincar, potius pro figmentis ac fabulis me habere, aperte fateor.

D I X I.

SECTIO I.

OPVSCVLVM XV.

EXTRACTVS EX DISSERTATIONE,

QVAM SVB PRAESIDIO

D. IOANNIS IOACHIMI SCHVLL,

V. I. D. DIGESTORVM PROFESSORIS PVBLICI ET ORDINARII,

IVDICII PROVINCIALIS CAESAREO-FRANCONICI

CONSVLENTIS

D. ELIAS ADAMVS PAPIVS,

ECCLESIAE COLLEGIATAE AD S. IOANNEM EVANGELISTAM

CANONICVS

ANNO MDCCVI. WIRCEBVRGI in 8vo EVVLGAVIT.

CVI TITVLVS

AQVILA BICEPS CANONICO-IMPERIALIS.

Continet haec Dissertatio varias Quaestiones ex variis Jurium speciebus, inter quas ex Jure Franconico sequentes occurrunt: p. 29.

QUAESTIO I.

An Princeps in suo territorio facere possit statuta Juri communi repugnantia?

Authoritate JOANNIS GODEFREDI Episcopi Bambergensis et Herbipol. Ordinatio Prouincialis Franconica, des Kaiserlichen Landgerichts Ordnung, ab Antecessore eiusdem jam composita Anno 1618

publicata

publicata fuit, quae Juri communi paſſim contrariatur; Quaeritur: an Jure?

Reſpondeo affirmative. Probatur: omnis ille, cui competit jurisdictio territorialis, facere poteſt ſtatuta, et conſuetudines etiam Juri communi repugnantes; modo aliunde ſint rationabiles, wann ſie ſeynd heylſame Ordnung, * gute ehrbare Gebräuch und rechtlich wohl hergebrachte Gewohnheiten. Atqui haec omnia verificantur de Principe Herbipolenſi, ejus-

* Legibus germanicis id probatum dedit DEMERATH in praefat. ad ſuas differentias: Videatur huius Theſauri Sect. I. Opuſc. X. p. 587. Addatur Praefatio Conſt. Crim. CAROLI V. in fine, nec non R. Imp. nou. §. 113. jedoch abermals dieſe Verordnung, den Ständen des Reichs an ihren erlangten und hergebrachten Privilegiis, Freyheiten, Landesordnungen, Statuten und ſonſten ohne Nachtheil verſtanden, ſondern dieſelbe in ihren Kräften gelaſſen werden. Quoad Prouincias enim Germaniae Status Imperii in ſuis territoriis legislatoria gaudent poteſtate. Ord. imp. aul. T. I. §. 16. Rec. I. Nov. §. 105. 137. 171. Ordin. Camer. P. I. Tit. 51. ita, vt nequidem Statuum prouincialium (niſi pactum ſpeciale adſit) conſenſu indigeant. MOSER Nebenſtunden P. I. n. 4. & P. II. p. 165., imo & pro ſalute ſuae Prouinciae iura Legibus Imperii generalibus contraria ſtatuere poſſunt. THOMASIVS de Statuum Imperii Poteſtate Legislatoria contra Ius commune.

ejusque Ordinatione Provinciali; Ergo: Unde erudite accinit Poeta Franconicus:

Innumeras Baldi quid opus pervolvere leges,
Me lege, cum priſcis Jura moderna dabo.

QUAESTIO INCIDENS.

An etiam peregrini hujusmodi ſtatutis particularibus obligentur?

Reſpondeo affirmative: quia Princeps tum ex Jure naturae, tum ex tacito populi conſenſu habet poteſtatem legibus ſuis obligandi, in quantum expedit ad bonum commune, et ad pacificam gubernationem: atqui ad hoc expedit ſummopere, ut etiam peregrini, ſaltem transeunter ſubditi, obligentur, ſeque conforment moribus regionis, in qua verſantur: Ergo *

QVAE-

* Paucis rem complectitur HELLFELDIUS in ſua Iurisprudentia forenſi §. 43 & 44. Lex obligat ſubditos. Hinc imperans niſi pacto interueniente ſe adſtrinxerit, ſuis haud tenetur legibus. L. 31. D. & L. 4. C. de legibus. WACHENDORF. de Principe L. L. ſoluto. Bene vero omnes ſubditi lege viuere tenentur, ſiue clerici ſint, ſiue laici, quamuis ius pontificium absque fundamento clericos a nexu legum eximat ciuilium. C. 2 & 4. X. de iudiciis C. 2. de foro compet. Subditi ſunt vel perpetui vel temporarii, & illi rurſus vel incolae vel forenſes. Incolae dicuntur, qui in territorio domi-

QUAESTIO II.

An inter conjuges valeant donationes et pacta de futura Succeſſione? *

Par

---

domicilium habent conſtitutum. Forenſes vero ſunt, qui in territorio, in quo domicilium non habent, bona poſſident. Subditus incola legibus loci, quo habitat, in omnibus paret. Forenſis leges tantum, quae bona concernunt, agnoſcere tenetur. Temporarius, qui absque animo manendi in loco quodam ad tempus commoratur, legibus iudicatur loci, vbi contrahit, delinquit, teſtamentum condit vel ſuccedit. L. 6. D. de euiction. L 1. C. vbi de crim. agi oport. STRYCK. de ſucceſſ. ab inteſtato. Et ſic facile reſoluitur illa ſaepius mota quaeſtio: an Conſiliarii & Officiales Principum obligentur Legibus Prouincialibus Vniuerſalibus? ſcilicet affirmatiue in regula.

Hinc dum anno 1784. in quodam illuſtri Principatu Germaniae Lex vniuerſalis eſſet promulgata, vi cuius hypothecae priuatae ſubditorum, der Unterthanen, creditis ſimplicibus ſeu chirographariis in concurſu ſunt aequiparatae: & Officialis aliquis primarius pecuniam alteri officiali ſub hypotheca priuata credidiſſet, ac in concurſu prae chirographariis locari deſideraret, nihilominus in claſſem chirographariorum iure fuit remiſſus: quamuis enim ſpecioſe vrgeret creditor Officialis. „Daß Unterthanen eigentlich nur diejenige ſeyen, welche den Unterthans- oder Huldigungseid abgeleget haben, oder ſolchen abzulegen verbunden ſind. Die Beamte aber, wel-

che

* In Diſſert. SCHÜLL. p. 47.

Par Conjugum improlium ita paciscitur, ut altero praemotuo non solum dos, aut donatio propter nuptias

---

che in dem Ort ihrer Beamtung nicht einmal ein eigentliches Domicilium haben, gehörten in Regula nicht unter die Unterthanen, am allerwenigsten aber würden sie in odiosis darunter gezählt, weil unter einem Diensts- und Unterthanseid ein himmelweiter Unterschied sey: denn der Dienstseid mache den Beamten zwar zum Diener, aber nicht zum Unterthanen seines Herrn.„

Unter die Privilegia der Beamten gehöre auch dieses, daß sie nicht wie die Unterthanen an die obrigkeitliche Ratifications-Nachsehung gebunden seyen, sondern von sich selbsten gültige und bündige Kontrakte abschließen und sich verbündlich machen könnten. Es gehöre also richtig unter die odiosa, wenn einem Beamten diese Befugniß genommen oder eingeschränckt werde. In dubio müße die Vermuthung für die Freyheit des Beamtens stehen.

Nun sage die quaest. Generalverordnung mehr nicht, als daß Gnädigste Herrschaft, um für die Wohlfahrt ihrer Unterthanen und das Wachsthum des inneren Kredits zu sorgen, und um den Schleichen der Unterthanen, welche zu Verdeckung ihres Schuldenstandes ihre Gläubiger von Verlangung gerichtlicher Unterpfänder abzuhalten suchen, vorzubeugen, die außergerichtlichen Pfandverschreibungen für unkräftig, und ihres Vorrechts verlustiget zu erklären sich bewogen gesehen habe:

Hier

nuptias, sed vniuersa etiam bona pleno jure ad superstitem pertineant. Quaeritur: an valide?

Respon-

Hier sey also nur von den Unterthanen, und einer zu Abstellung des von den Unterthanen gebrauchten Schleiches erlassenen Vrordnung die Rede gewesen. Diese Verordnung habe also ihrem vorliegenden Innhalt nach auf Räthe und Beamte nicht extendiret werden können. Hätten auch Räthe und Beamte unter die Unterthanen gezogen werden wollen; so würde es erforderlich gewesen seyn, dieses in der Verordnung ausdrücklicher zu melden, weil Räthe und Beamte regulariter unter den Unterthanen nicht begriffen seyen, folglich auch eine für die Unterthanen hinausgelassene Verordnung den Priuilegiis und Iuribus der Beamten wenigstens ohne ausdrückliche Meldung nicht derogiren könne.

Recte tamen responsum fuit:

„Der Verlust, den ein gutherziger Glaubiger erleiden müsse, bleibe immer der nämliche, ob sodann der betreffende Schuldner den Karakter eines hochfürstlichen Raths und Beamtens führe, oder sich unter der Klasse des Pöbels befinde. Gleichwie sich aber dem ersteren wegen dem Range und äußerlichen Staate hunderterley Gelegenheiten anerbieteten, um Geld aufborgen zu können, und seines Vorzuges vergessen die Schuldglaubigere durch unächte Schliche zu hintergehen, eine solche Handlung hingegen von einem Rath und Beamten ungleich abscheulicher sey, und dem Wachsthum des inneren Kredits

weit

Respondeo. Affirmative, declaratur: Conventio aliunde non vitiosa dat legem contractui: sed haec con-

---

weit stärker entgegen stehe, mithin sämmtl. der Verordnung selbst eingerückte Beweggründe bey den Herren Räthen und Beamten wenigstens eben so gut, wo nicht, in mannigfaltigem Betrachte ungleich besser als bey dem gemeinen Manne statt fänden, so erfordere es überhin die Allgemeinheit eben dieser Beweggründe, daß man höchstbelobte Verordnung auch auf die Herren Räthe und Beamte erkläre. Es sey ein Satz des Staatsrechts, daß zwischen dem höchsten Regenten und dem Unterthanen keine Mittelgattung von Personen denkbar sey; der Rang und die Würde, welche ein Mitglied in einem Staate vor den übrigen Mitgliedern behaupten könne, hebe die Unterwürfigkeit nicht auf, welche der Landesherr von jeder einzelnen Person in seinem Territorio sowohl als dem ganzen Corpore zu fodern berechtigt sey, und nur die Unterwürfigkeit, nicht aber der Abgang eines vorzüglichen Ansehens setze jeden, der sich in einem Staate befindet, und nicht Landesherr selbsten ist, in die Klasse der Unterthanen herab.

Aus der Allgemeinheit eben dieses Satzes entwickle sich die Allgemeinheit des weiteren von den Publizisten einhellig angenommenen, und durch die notorische in dem ganzen Heil. Röm. Reich vigirende Observanz bestätigten Grundsatzes quod Domicilium faciat subditum.

conjugum conventio ex nullo capite est vitiosa. Non ex

(GAILIVS cap. 6. n. 21. de arrestis Imperii. Johann Stephan Pütter im 1ten Bande seiner auserlesenen Rechtsfälle. Deduct. prima die Wurmbrand. Verlassenheit betr. n. 4.)

so deutlich, daß der zu Augsburg errichtete Reichsabschied de 1548 §. Wiewohl auch in der Ringerungshandlung, sogar diejenigen Grafen und Herren, welche vor ihren erlangten Dignitäten unter ihren besondern Landesfürsten gesessen, vormals von allen ihren Gütern demselben gedienet, sich auch zum Theil allein auf der Fürsten Eigenthum, und ihre Pfandschaften Grafen oder Freyen laßen, solcher Landesfürsten Unterthanen und Landleute betitelt.

Die Räthe und Beamte seyen wirklich Mitglieder des Staates; aus diesem Grunde wären sie der Herrschaft alle mögliche Unterwürfigkeit schuldig; sie wohneten in dem Territorium des Gesetzgebers, und stünden daher auch in diesem Anbetrachte unter der landesherrlichen Gerichtsbarkeit eines zeitlichen Landesfürsten. Lauter untrügliche Beweise, daß auch Räthe und Beamte im eigentlichen Verstande wahre Unterthanen sind. Wären nun Räthe und Beamte erwiesenermaaßen im eigentlichen Verstande wahre Unterthanen, so sehe man in der That nicht den geringsten Grund ein, warum sich die Ausdrücke Unterthanen in der Regel lediglich auf den gemeinen Mann einschränken, und die Räthe und

ex Jure Ciuili, quod quidem hujusmodi donationes
Eeee 2 ita

und Beamte nicht miteinschließen sollen. Und wenn man auch per inconcessum annehmen wollte, daß sonst Räthe und Beamte in der Regel unter dem Namen Unterthanen nicht vorkämen, so könnte doch ein solches in vorliegendem Falle um so weniger einen Vortheil verschaffen, als bereits gesagtermaßen die gnädigste Verordnung de 14ten May 1784. nicht so fast die Personen der Kontrahenten, sondern die Sache, über die kontrahiret werde, berühre, benebens nicht auf die Bestrafung der Kontrahenten, sondern auf das allgemeine Wohl und auf die Sicherstellung der gutherzigen Gläubigern abziele, mithin gegenwärtig latissima interpretatio eintrete, hiernächst die Befolgung der höchstersagten Verordnung den Räthen und Beamten so gut als dem gemeinen Mann anstehe, und überhin die höchstderselben wörtlich eingetragenen Rationes finales bey jenen, wo nicht ebender, doch wenigstens eben so gut wie bey diesem statt fänden, in welchem Falle ohne dies auch in den Legibus correctoriis ampliatio a significatione verbi stricta ad significationem eiusdem latam begründet sey. Conferatur ROSENTHAL in tractatu totius Iuris feudalis cap. 1. concl. 15. n. 21.

Im übrigen verstehe sich von selbsten, daß ein Unterthan nicht dessentwegen ein Unterthan sey, weil er den Unterthanseid abschwöret, sondern daß er just deßwegen, weil er ein Unterthan ist, zur Ablegung des Unterthanen-

eids

ita annullat, vt ne juramento quidem corroborari queant; *a*) at huic per contrariam Franconiae consuetudinem legitime derogatum est. *b*) Nec repugnat haec conuentio juri naturae, propter votum captandae mortis; cum enim praefatae donationes plerumque reciprocae, vicissitudinariae, et incerti eventûs sint, ac speciem permutationis contineant, merito omnem suspicionem desiderandi mortem alterius excludunt. Et haec adeo vera sunt, ut nequidem Judicis, vel Magistratus confirmatione opus sit, nisi ubi eam exigit speciale loci Statutum, sicut Mergenthemii

---

eids angehalten werden könne. Aus dem, daß der höchste Landesherr einem Unterthan diesen Eid vielleicht nachsieht, lasse sich daher nicht folgern, daß ein solcher kein Unterthan sey, oder auch in den andern Stücken nicht als ein Unterthan behandelt werden solle, vielweniger aber daß er ein Unterthan zu seyn aufgehöret habe.

a) L. 1. ff. de Don. inter vir. & ux.

b) Ordin. Prov. p. 3. tit. 99. 3, 4 & 5. *

* Quatenus haec Theoriae Iuris Romani conueniant, vberius deduxi in dissertatione mea de Iure coniugum in eorum bona §. 18. infra huic thesauro suo loco inserenda.

hemii receptum eſt, ubi Decretum Magiſtratus neceſſario interponi debet. *

QUAESTIO III.

An Subditi Ducatus Franconiae adſtricti ſint ad omnes teſtamentorum ſolennitates? **

Spectabilis Praetor Versbacenſis, declinante ad finem regimine, vocavit 4. de Judicio Gerichtsperſonen, et Scribam ordinarium, iisque ultimam voluntatem ſuam expoſuit, petens, ut proximo judicio inſinuent, ad acta referant, et poſt mortem propalari curent. Nunquid in vanum laboravit?

Reſpondeo negative: Ratio, quia Jus Franconium voluit, et potuit contra Jus commune hanc peculiarem teſtandi formam recipere, et approbare: c) voluit quidem, quia, cum ſubditi tam multivarias ſolennitates plerumque ignorent, plurimae alioquin ultimae voluntates redderentur irritae, cum maximo Teſtatoris & Haeredis incommodo. Potuit autem, eoquod quaevis Civitas, vel Provincia legem commu-

* Conferatur DEMERATH in ſuis Differ. P. IV. Diff. I. pag. 725.

** Ita Diſſert. SCHÜLL. p. 64. Hanc Materiam fuſe tractaui in Diſſertatione mea de eo, quod legibus Franconicis iuſtum eſt circa teſtamenta, huic theſauro inſerenda.

c) Tit. 40. §. 9. p. 3.

communem Statuto vel moribus abrogare poſſit. Sic videmus per totam fere Germaniam minutum eſſe teſtium numerum, peculiaresque teſtandi formulas frequentari. In Regno Franciae et Repub. Venetorum valet teſtamentum coram 2. Teſtibus factum, ad imitationem Juris Can. *d*) Sienae in Italia valet coram 3. Teſtibus erectum. Norimbergae ad teſtamentum Civis ſufficit, ſi a duobus a ſuperiori Judicio ad id deputatis fuerit obſignatum.

Quaeritur: An etiam ternarius Aſſeſſorum Judicii numerus cum Syndico, ſufficiat ad ſimile teſtamentum? adſtipulante praeſertim praxi, in qua talis ultima diſpoſitio executionem ſortita eſt.

Reſpondeo negative: Quia Jus Franconicum Teſtamento ad Acta peculiarem formam praeſcripſit, dum illud coram quatuor membris judicii, & Syndico ſeu Actuario factum velut legitimum approbavit *e*). Igitur omiſſa hac forma nihil actum cenſendum eſt. Nec Regulam facere debet unus vel alter actus, ubi hujusmodi ultima voluntas adimpleta fuit; id enim forte accidit ob defectum contradictoris. Nonne, ſi Teſtamentum coram 6. teſtibus conditum nemine contradicente fuiſſet aliquoties agnitum, et impletum, quis dicet, quod propterea quaevis ultima

---

d) Alber. De Ros. q. 46.

e) Ord. Prov. p. 3. tit. 40. §. 9. & 10.

ultima dispositio huic facto conformata velut rata habenda esset?

QUAESTIO INCIDENS.

An ex testamento patris ad acta condito, in quo filius, aut posthumus fuit praeteritus, legata saltem praestari debeant?

Respondeo negative. *

QUAESTIO IV.

An Tutores testamentarii et dativi teneantur jurare ac satisdare?**

Titius Sempronio a testatore vel Magistratu tutor assignatus de jure communi, Moguntinensi, Saxonico, Brandeburgico, & Francofurtensi jurare ac satisdare non tenetur, eoquod fides illius per ipsam electionem approbata censeatur: Quaeritur: Quid juris in Franconia?

Respondetur. Jure consuetudinario Ducatus Franconici tenentur omnes tutores indistincte, qualescunque etiam sint, corporale juramentum prae-

 stare,

---

* Affirmative respondetur in Dissertatione de querela inofficiosi inter Liberos & Parentes exule, quae itidem huic thesauro inseretur.

** In Diss. SCHÜLL. p. 82.

ſtare, ſancte que promittere, ac cavere, mit Verpflichtung ihrer Haab und Güter. *

QUAESTIO V.

An milites delecti ex Provincia (der Ausschuß, oder Landmiliz) gaudeant militaribus Privilegiis? **

Cum ante biennium inuicti Franconiae Heroes — — — Norimbergam verſus expeditionem inſtituerent, eo fine, ut hoſtiles irruptiones a patriae limitibus arcerent; accidit, ut ex iis nonnulli, neſcio quo fato, mortui fuerint. Quaeritur ergo: An v. g. neglecta juris ſolennitate facere potuerint teſtamentum privilegiatum?

Reſpondeo negative. Solida juris principia ſuffragantur, nempe praedictos militibus proprie talibus annumerandos non eſſe ob defectum ſolennitatum, quibus armatae Palladis aſſeclae inveſtiri debent, ſcilicet ut certo ſtipendio conducantur, matriculae militari inſerantur, & militare Sacramentum deponant. Quae omnia, cum in ſubjecto quaeſtionis deſiderentur, veriſimile eſt, privilegia a jure communi adeo exorbitantia de perſona in perſonam trahenda non eſſe. Attamen aequius

Reſpon-

* De cautione hypothecaria hoc intelligendum eſſe, non vero, vt apud Romanos, de fideiuſſoria, ipſe contextus docet. Conf. quae ſupra pag. 616. annotaui.

** In Diſſ. Schüll. p. 107.

Respondetur: Viros illos sive adolescentes, qui ex Provincia delecti imminente belli necessitate armis reipsa applicantur, participare militum privilegia. *Ratio*, quia in similibus circumstantiis vere aequiparantur militibus: tum quod semper parati esse debeant ad arma contra irruptiones hostium expedienda, ad quaelibet vitae discrimina pro defensione Provinciae subeunda, tum quia disciplina militari reguntur, studio & exercitio armorum occupantur, stipendio publico aluntur, poenis militaribus coercentur, & Juramento saltem generali, quo Principi omnem in rebus adversis assistentiam spoponderunt, sanctissime obstringuntur.

Nec desunt iisdem caeterae militum characteristicae qualitates, uti sunt, per superos inferosque imprecari, gallinas et anseres suffurari, & in quibus testante experientia veteranos etiam milites nonnunquam exsuperare norunt.

Denique fatendum est, stationarios illos, qui ad agendas excubias in urbe, aliisque locis tutis hinc inde disponuntur, privilegio militari nullatenus gaudere, ubi enim cessat ratio privilegii, et ipsum cessare consentaneum est.

QUAESTIO VI.

Qualis Successio in Tertia Patris competat libe-

 ris

ris ex diversis matrimoniis existentibus et cum vidua concurrentibus? *

Facti Species.

Sejus ter uxoratus ex prima conjuge liberos genuit, quibus cum ad secunda vota transiret, dedit legitimam sive duas tertias. Postea ex secunda conjuge rursus alios suscepit, quibus tamen ad tertium matrimonium transiens legitimam largitus non est, sed solummodo inventarium omnium bonorum confecit. Cumque demum ex tertio conjugio improlis decederet, nata est insignis controversia inter liberos primi et secundi matrimonii, eoquod singuli aequale jus circa successionem in Patris tertia praetenderent. Quaeritur, quid juris?

Respondeo. Soli ex matrimonio secundo geniti succedunt, exclusis prioribus. Probatur: Liberi a bonis parentum necdum separati in successione praeferuntur iis, qui jam actualiter segregati sunt *f*). Atqui in casu citato Liberi ex secundo matrimonio geniti necdum separati sunt, nati vero ex primo actualiter sunt segregati, scilicet per receptionem legitimae: ergo &c.

Min. prima pars, in qua punctus controversiae, probatur: Unde enim nasceretur illa separatio? non

ex

---

* In Diss. Schüll. p. 126.

f) Ord. Prou. p. 3. T. 76. §. 2.

ex divisione vel legitimae receptione, ut supponitur. Non ex transitu patris ad alia vota; nam, quamvis ex hoc descendat obligatio praestandi legitimam, nudus tamen transitus non inducit separationem, seu, ut vocant, abdivisionem, nisi actualis legitimae receptio accedat. Non denique ex confectione inventarii; quomodo enim haec actuali divisioni aequiparari potest, cum solum sit rerum in haereditate repertarum descriptio.

Quaeritur 1. *Qualem portionem de hac tertia capiat vidua relicta?*

Respondetur: Si liberorum sint quinque vel pauciores, viduae debetur medietas tertiae, sive sexta de tota haereditate. Sin vero plures, competit ei portio filialis g), ad quam etiam bona in ultimo matrimonio acquisita reducenda sunt.

Quaeritur 2. *Num haec portio statutaria secundum vires patrimonii tempore mortis — an vero confecti inventarii sit computanda?*

Respondetur: Prius esse conformius Ordinationi Provinciali, ita quidem, ut liberis secundi matrimonii etiam in casu diminuti per ultima vota patrimonii nihilominus duae tertiae praestandae sint, adeoque vidua in talis tertiae medietate solum succedat.

Proinde

g) Cit. Ord. Prov. tit. 89. §. 2.

Proinde audienda non est, si praerogativam quandam satisfactoriam prae liberis, aut tacitam quasi hypothecam in duabus tertiis praetendat. *

QUAESTIO

---

*) Non inutile fore arbitror, si quaestionis huius casum specifice proponam, eumque resolvam. Titius ex Vxore sua prima Cornelia filium genuit Iauolenum: mortua Cornelia ad secundas transit nuptias, cum filio bona sua 12000 florenorum diuidit, sicque 8000 cedunt Iauoleno; 4000 vero tanquam tertiam accipit Titius Pater.

Nubit hic Titius secundae suae Coniugi Bertae 5000 apportanti, ex eaque gignit filium Caium, & filiam Semproniam; Mortua hac secunda Coniuge Berta, ad tertias progreditur nuptias, ducitque Caiam. Nullam tamen realem cum liberis secundi matrimonii peragit diuisionem, sed bona sua in legale curat redigi inuentarium, quae 12000 aestimantur in sorte & aquisitis.

Haec bona coniunguntur Doti a Caia illatae 4000 florenorum. Moritur Titius trimaritus ab intestato, & ex hoc tertio matrimonio improlis, & bona existentia in hoc tertio matrimonio constituunt in sorte & aquaestu summam 18000 flor. Haeredes se sistunt Iauolenus filius primi thori, Caius & Sempronia liberi ex secundo, ac denique Vxor tertia Caia.

Quaestio iam eo recidit, quomodo massa haereditaria diuidenda sit?

Re-

QVAESTIO VII.

An soluto per mortem matrimonio, bona a Marito defuncto provenientia ad uxorem pertineant? *

Titius

Resolutio: Tota quaestio in illo consistere videtur, an liberi secundi matrimonii non realiter diuisi, sed tantum de eorum quanto, seu duabus tertiis per inuentarium securi, habeantur pro diuisis, nec ne? quodsi enim prius asseramus, liberos per inuentarium pro diuisis habendos, concurrunt liberi duorum matrimoniorum separati & diuisi cum vidua tertii matrimonii, cumque Ius prouinciale Franconicum (Part. III. Tit. 88.) clare sanciat, quod mortuo vno Coniugum in matrimonio improli, superstes a) sua illata, b) dimidium aequaestus, et c) quartam ex reliquo capiat: d) tres vero huius reliqui partes accipiant defuncti haeredes proximi, facillima foret diuisio.

Et sic Vxor sua illata, scilicet 4000 flor. et dimidium aquaestus, qui consistit in 2000 flor. accipiet: (cum enim illata mariti essent 12000, vxoris vero 4000; erunt illata 16000.; quia vero massa modo diuidenda est 18000, prodibunt 2000 pro aquaestu huius matrimonii, consequenter dimidium aquaestus est 1000:) Deductis ergo illatis uxoris 4000 et dimidio aquaestus 1000 = 5000, a tota Massa 18000 flor. remanebunt diuidenda 13000 flor. De his quarta — 3250 flor., spectabunt ad viduam: sicque in toto accipiet 8250 flor. quae a Massa 18000 flor. deducta relinquunt tribus liberis ex primo &

* In Diss. SCHÜLL. p. 105.

Titius Viduus trium filiorum pater admodum pecuniosus Bertam, cui quidem curta supellex, at magna

---

& secundo matrimonio 9750. flor. sicque quiuis accipiet 3250 fl. vi Tit. 76. §. 1.

Quodsi vero statuamus, liberos secundi matrimonii non haberi per inuentarium pro diuisis, tunc applicanda erit Resolutio SCHÜLII, quod liberi secundi matrimonii illos primi excludant: & Mater vi Tit. 89. §. 2. sextam partem bonorum tempore mortis existentium accipiat, suum tamen illatum pro praecipuo habeat. Stante ergo hac hypothesi de Massa 18000 flor. deducet vxor tertia Caia sua illata ad 4000 fl. & de residuis 14000 flor. partem sextam = 2333 1/3 flor. Sicque in toto accipiet 6333 1/3 flor. Duo vero liberi secundi matrimonii simul 11666 2/3 flor. seu quiuis 5833 1/3 flor.

Quaestio ergo, vt supra dixi, eo recidit, an confectio inventarii habeat eundem effectum, quem diuisio?

Negat SCHÜLLIVS, quod tamen affirmandum credo, Sic enim habet Ordinatio P. III. Tit. 91. §. 4.

„Damit auch in diesem desto weniger Streit seyn, und man wissen könne, was und wie viel Güter solcher Kinder Eltern in die folgende Ehe gebracht, so wollen wir dasjenige Ehemensch, so sich anderwärts verheyrathet, und seine leibliche Kinder von sich nicht abgetheilet, auch, wie gehört, keine unionem prolium aufgerichtet, ehe und zuvor dasselbige dem Ehemenschen ehelich beywohne, und sie beyde ihre Güter

magna in moribus Eutrapelia, in dirigenda oecono-
mia

Güter zusammen thuen, verbunden haben, ein ordentliches Inventarium zu machen, und in dasselbige alle seine Haabe und Güter, wie die vor Verbrechung der Hand gewesen, unterschiedlich und benanntlich zu verzeichnen und einschreiben zu lassen; welches Inventarium und Beschreibung, folgends allhier in unser Residenz-Stadt Wirzburg hinter das Landgericht, auf dem Land aber hinter die Beamten, auch Stadt- oder Dorfgericht gelegt, und daselbst verwahrlich behalten werden sollen, damit man auf dem Fall der Noth, sich desselbigen in obgesagten Fällen, und sonsten habe zu gebrauchen. Innge §.7. vbi inuentarium diuisioni aequiparari videtur in verbis: Erbung, Theilung, Inventirung.

Ex quibus verbis clare patere arbitror, inuentarium ideo conficiendum esse, vt suo tempore constet, quanti sint duae tertiae liberis debitae, adhuc penes parentes relictae; cum enim saepius actualis diuisio liberis damno foret, iudiciale inuentarium diuisionis effectum habet; alias enim illius confectio plane foret superflua. Ideoque duae tertiae bonorum paternorum, quae tempore confecti inuentarii aderant, erunt legitima liberorum. Sicque cum in casu nostro massa inuentarisata fuerit 12000 flor. Liberi secundi matrimonii habebunt 8000 flor.

At noua se hic exserit quaestio, ad quem aquaestus vltimi matrimonii, nempe 2000 flor. pertineant? Liberos secundi matrimonii excludere foret summe iniquum,

mia ſingularis dexteritas, ducit in uxorem, eique liberos

quum, cum aquaeſtus etiam ex eorum Legitima prodierit: Hunc autem matri adimere aeque durum foret, cum ex tertia Patris & illatis tertiae vxoris incrementum acceperit. Maneamus ergo in Regula communi: Eum in duas partes eſſe diuidendum arg. §. 5. Tit. cit. 91. et in ſpecie Tit. 77. §. 3.

Sed ad quem pertinebit tertia paterna, ſcilicet 4000? Si in tertio matrimonio adeſſent liberi, propter ortam exinde communionem ea uxori & liberis tertii matrimonii eſſet adjudicanda, §. 6. Tit. 91. Aſt dum ii deſunt, quarta bonorum ad viduam pertinebit. Et diuiſio ſic fiet.

Computatio Maſſae.

12000 vi Inuentarii
4000 Illatum vxoris tertiae
2000 aquaeſtus tertii matrimonii.

18000 Maſſa haereditatis tempore mortis mariti.
Praecipienda ſunt
8000 Liberi ſecundi matrimonii pro legitima paterna
1000 Iidem pro aquaeſtu.
4000 Vxor pro illatis
1000 Eadem pro aquaeſtu

14000 Summa praecipiendorum.

Haec deducta a Maſſa 18000 flor. relinquent 4000 flor.

Quae in 4 partes diuiduntur, ſicque vxor accipit, 1000, Liberi vero 3000 flor.

Habbite

liberos ſuos pacto unionis adfiliat. Defuncto Titio filii, ut ſolent, Novercae inſultant, eamque a bonis relictis, utpote a Patre unice promanantibus excluſam volunt. Q. Quid Juris?

Tametſi jure communi, matrimonio ſoluto, nec donatio propter nuptias, neque alia bona a marito relicta ad uxorem, ſed ad viri haeredes transeant, jure tamen Franconico *b*) ſi conjuges liberos ſuſceperint, tunc bona eorum unde unde provenientia confunduntur, et utrique fiunt communia; adeo, ut ſuperſtes conjux in iis habeatur pro domino, iisdemque, donec ad ſecunda vota transeat, libere uti ac frui poſſit, ita ut nec liberis Tutores conſtituere, nec rationem ſuae adminiſtrationis reddere teneatur, licet enim

Habebit ergo Vxor 4000 pro illato
1000 pro aquaeſtu
1000 ex Reſiduo paterno
6000 flor.

Liberi vero 8000 pro Legitima
1000 pro aquaeſtu
3000 pro reſiduo paterno
12000

Quae coniuncta Maſſam 18000 iterum conſtituunt. Neque mihi obiicias ratione diuidendi aquaeſtus §. 6. Tit. 91. Hic enim de caſu, quo liberi ex vltimo matrimonio ſuperſunt, loquitur, non de eo, vbi iſti vt in hypotheſi non adſunt.

b) Land=Gerichts=Ord. P. 3. tit. 39. §. 25.

enim omnia bona a praemortuo Conjuge provenissent: Quin et instituta divisione in hujusmodi bonis suam habet legitimam, sive tertiam, quam nullus liberorum ei aufferre potest. Ratio consuetudinis Franconicae esse potest, quod valde congruum sit, ut ii, quos indissolubile divini, humanique juris vinculum constringit, quorum uterque difficultatum in matrimonio quotidie emergentium particeps esse debet, quique mutuum corporis dominium habent, etiam quoad reliqua bona condomini efficiantur. Nempe, ut Script. ait: *erunt duo in carne una i*). Quem textum argute interpretatus est Ludimagister ille Semi-Theologus, qui cum multoties uxorem suam egregie verberaret, vicinis eum propterea arguentibus reposuit: Ego in Scholis edoctus sum, quod vir et uxor unum corpus constituant, igitur juxta piissimum Exemplum S. Pauli castigo corpus meum, et in servitutem redigo. *k*)

QUAESTIO VIII.

An Rector Magnificus Universitatis Herbip. habeat jurisdictionem centenalem in Studiosum homicidam? *

Centena, Jurisdictio alta, seu jus cognoscendi, statuendi et exequendi in causis criminalibus, S. Bur-

---

i) Gen. 2.
k) 1. Cor. 9.
* In Diss. SCHÜLL. p. 170.

Burchardo, ejusdemque Successoribus a Carolo Magno concessum, et a pluribus subsequentibus Imperatoribus confirmatum est, ita ut, quamvis hodiedum jus Centenae omnibus Episcopis in Germania competat, Herbipolis tamen prima fuerit, quae Ense et Stola judicavit. Unde in universo Ducatu Herbip. nulli Comiti, Baroni, aut Nobili (nisi immediate hoc jus quaesitum ab Imperatore habeant) Centgravios constituere licet, nisi ex concessione Episcopi Herbip. cui omnes praesentari, et ab eodem jurisdictionem criminalem per investituram obtinere debent. Q. An etiam Judici Academico hujusmodi jurisdictio competere censenda sit?

Inter amplissima privilegia, quibus Anno 1582. Gregor. XIII. Papa, et Rudolphus Imperator celeberrimam Universitatem nostram condecorarunt, fundamentale est privilegium fori, seu exemptio a jurisdictione Ordinarii Praetoris sive Judicis, vi cujus Studiosi immatriculati, seu albo Universitatis inscripti coram alio Magistratu nec conveniri nec reconveniri possunt *l*) nisi coram Academico. Unde quicunque Studiosum ad forum alienum traxerit, hoc ipso causa cadit, *m*) imo Universitati Herbip. singulare hoc privilegium concessum est, ut, si Studiosus alium v. g.

 Civem

l) Magnif. D. PHIL. BRAUN. in l. 2. Dec. Tit. 2.

m) Auth. habita Cod. ne filius Pro pat.

Civem in judicium vocet, reus forum Actoris sequi debeat *n*). Quin et tantus Studiorum favor est, ut sicut REBUFFUS inter 178. privilegia Scholasticorum annotat, etiam de obligationibus, delictis, rebusque alibi, v. g. in patria gestis tempore studii responderе non teneantur; idque ideo, ne hac ratione abstrahantur a studiis, quibus totus illuminatur orbis, quibusque sublatis de vera hominum felicitate actum foret.

Habent itaque Academici suum proprium Senatum, & judicem, cujus judicio stare debent: talis est Rector Magnificus, hodie Reverendissimus Dominus D. Joannes Bernardus Episcopus Chrysopol. et Suffraganeus Herbip. Litterarum, et Litteratorum amantissimus, hoc in munere LXI. Successore Celsissimi Julio - Ducalis Universitatis Fundatoris JULII, qui primus aurea Epomide insignitus in templo Academico tanti beneficii Autor & Rector salutatus est. Caeterum tanta Rectoris Magnifici magnificentia, et Authoritas est, ut sapientia ipsa, per quam Reges regnant, & Principes justa decernunt, ejusdem fascibus & Imperio se submittat, adeo, ut Musarum Sacerdos & Patronus recte appellari possit. Haec tamen jurisdictio versatur solum

n) REBVFF, de Privilegiis studiosorum. Privileg. 121. & 122.

lum circa causas civiles, nempe circa negotia debitorum, injuriarum verbalium, aut circa confingentes libellos famosos, Paßquillanten, vel siquid dissolutius ab aliquibus patratum fuerit: ad casus centenales vero non extenditur, nisi Universitati specialius privilegium concessum sit. Participat tamen Universitas nostra quandam Centenae praerogativam in hoc, quod prima semper criminis cognitio Senatui Academico deferenda sit. *

* Hodie Vniuersitati omnimodam Iurisdictionem tam in ciuilibus quam in criminalibus competere extra dubium est. Sic enim habet Constitutio Fridericiana de 21 Iulii 1734.

„Was nun unsere Universität insgemein angehet, so lassen wir es sieben und funfzigstens bey denen Freyheiten und Rechten, welche derselben durch Päbstliche Heiligkeit und der Kaiserl. Majestät Begnadigungen ertheilet, oder auch durch unsere in Gott ruhende Herren Vorfahrere derselben zugeleget worden, nebst anderen noch sonsten zu ihrer Ehr und zu ihrem Vortheil gemachten Satzungen, wie solche in denen Uns zu neüerlicher Uebersehung vorgezeigten Statuten=Büchern der Universität enthalten, und von Uns zu mehrerer Bekräftigung eigenhändig unterschrieben seynd, ohne Veränderung und Verminderung gänzlich bewenden, Wir bestättigen anbey, und halten gnädigst für genehm, sowohl die Uns vorgelegte, und von Uns ebenfalls unterzeichnete

QVAESTIO IX.

An liberi pacto unionis prolium adfiliati succedant etiam Avo, et reliquis ascendentibus? *

Quam-

Statuta communia Universitatis, als particularia cujusque facultatis, welche in vorigen Zeiten seynd errichtet, von jetztgedachten Unseren Herren Vorfahreren eingewilliget, und durch gegenwärtige unsere Verordnung nicht geänderet worden, sondern Wir setzen zu mehrerem Ansehen und Vorzug oftberührter Unserer Universität und Bezeugung Unserer derselben zutragenden sonderbaren Gnad und Achtung noch weiters vest, daß künftighin derselben über alle ihre zugehörige Personen in bürgerlichen und peinlichen Sachen die völlige Gerichtbarkeit zukommen, und darinnen keine von Unseren Stellen und Gerichtern den mindesten Eingriff thuen, sondern die omnimoda Jurisdictio civilis & criminalis mehr gemeldeter Universität in personas ad ipsam pertinentes lediglich und allein solle verstattet werden, jedoch mit dem Anhang, daß Uns in wichtigen Sachen vor des Urtheils Vollziehung dieselbe den unterthänigsten Bericht zu thun, und von Uns gnädigsten Bescheid darüber jedesmalen einzuholen solle schuldig seyn; sodann was wegen denen sich ereignenden Zentfällen die erste Verhaftung betrift, dasjenige ohnverbrüchlich befolget werden, was Wir zur gemeiner Ruhe und Sicherheit wegen anderen Unseren Stellen gnädigst befohlen und erkläret haben. Adde Constit. Carolo-Philippinam de 1749. 4 Nov.

* In Diss. SCHÜLL. p. 198.

Quamvis de jure communi liberi ex uno patre & duplici matre geniti non eodem utrinque modo, ſed inaequaliter parentibus ſuccedant; ad eliminandas nihilominus diſcordias velut unicum remedium Jure Provinciali Franconico introductum eſt pactum unionis prolium, vi cujus parentes, nec non liberi ex utroque matrimonio ſuſcepti ita parificantur, ac ſi unius ejusdemque lineae ac parentelae forent, ita ut Vitricus quoad hoc veri patris, Noverca matris, privignus & privigna germanorum liberorum perſonas induant, atque adeo aequales in omnibus bonis portiones accipiant. Quaeritur jam: An liberi uniti etiam avo ſuo v. g. patri vitrici ſui, vi hujus pacti poſt diviſionem ſuccedant?

Reſpondeo negative. *o*) Ratio: Pactum ſtricti juris trahendum non eſt extra caſus, & cauſas in eo expreſſas: ſed pactum unionis eſt ſtricti juris, & ſucceſſiones in bonis avorum, reliquorumve aſcendentium in eo regulariter non ſunt expreſſae: ergo.

Unde Imper. in perſona ejusmodi avi inquit *p*): Is, quem filius meus adoptaverit, propterea mihi nepos non efficitur.

Quare

o) Ord. Prov. tit. 119. §. 1.

p) L. 27. ff. de Adopt.

Quare talis haereditas ſolummodo ad veros & naturales nepotes jure devolvitur.

Quaeritur: Quidſi autem parentes & liberi uniendi bona haec avita pacto unionis incluſa eſſe velint?

Reſpondetur: Ut efficax ſit haec voluntas, non ſolum exprimi debet in pacto, ſed etiam avorum, de quorum bonis & ſucceſſione agitur, expreſſum prius conſenſum in caſum requirere, & obtinere oportet, ſecus agendo ſymbolam facient ſine hoſpite: tum quia contractus obligare non debet perſonam alterius, qui nec interfuit, nec mandatum dedit: tum quia veri & naturales liberi absque conſenſu ſuorum haeredes extraneos acquirere non debent. *

---

* Plura de hac materia occurrent, vbi in ſpecie de Vnione Prolium tractabitur, & eo pertinentes Diſſertationes inſerentur.

Bayerische
Staatsbibliothek
München

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Schneidt, Joseph Maria, 1727-1808

Thesaurus Iuris Franconici Oder Sammlung theils gedruckter theils ungedruckter Abhandlungen, Dissertationen, Programmen, Gutachten, Gesätze, Urkunden etc. etc., welche das Fränkische und besonders Hochfürstlich-Wirzburgische Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen-,
Bd.: 1,6

Wirzburg (1787)

J.germ. 178-1,4/6
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10552593-2
VD18 80366392-001